De Chionis epistulis.

Dissertatio Inauguralis

quam

ad summos in philosophia honores

ab amplissimo philosophorum Gissensium ordine

rite impetrandos

scripsit

Carolus Burk

Kleinsteinheimiensis.

Darmstadtiae MCMXII

Typis officinae Eduardi Roether.

Ad philosophorum Gissensium ordinem
de hac dissertatione rettulit

Dr. Immisch

die VI. mens. Febr. MCMXI.

Parentibus Sacrum.

Iam antiquis temporibus viri docti disseruerunt, utrum epistulae quaedam, quae sub illustrium antiquorum virorum nominibus circumferuntur, iure attribuendae essent ei, cuius sub nomine traditae sunt, an essent fictae. Quamquam medio, quod vocatur, aevo nullae de eiusmodi litteris controversiae motae sunt a doctis viris, cum illis temporibus fides apud omnes nimis secura esset omnes in universum veterum litteras genuinas esse. Bentleius primus hanc credulam rationem reliquit. Ille enim in illustri quodam opere, quod inscribitur A Dissertation on the Epistles of Phalaris, Themistocles, Socrates, Euripides and others and the Fables of Aesop (1697), ratione illa aetate prorsus nova et singulari inita demonstravit epistulas, quae tyranni Phalaridis sub nomine traditae sunt, non genuinas, sed multo posteriore tempore (sc. II saec. p. C. n.) fictas esse. Inde aliquid incitamenti ortum est, ut viri docti recenti impetu ad alias eiusmodi quaestiones pertractandas accederent. Plerumque autem iis, qui in his quaestionibus versantur, inest nullum aliud studium, nisi quod alii id agunt, ut epistulas quasdam fictas esse stabiliant, alii id spectant, ut illas damnatione, qua premuntur, liberent. Sed si controversiis peractis constat illas epistulas subditicias esse, viri docti saepe putant quaestionem satis iam profligatam esse. Attamen nova quaestio exoritur; explorato enim, quid non sint illae, quaerendum est, quid tandem sint quidque sibi velint. Inde igitur profecti id efficere debemus, ut accuratius in eiusmodi operum indolem inque auctorum consilia et artificia inquiramus. Atque ego quidem, ut ipse quamvis pauca ad illud litterarum genus illustrandum afferrem, delegi mihi illas septendecim epistulas, quae Chionis sub nomine circumferuntur. Ita autem instituam quaestionem meam, ut primum de sermone Chioneo dicam. Sequetur altera pars, qua epistulas antiquae artis romanensis documenta esse probabitur. Accedet tertia pars, in qua quaestionem explanabimus, quo tempore illae epistulae ortae sint.

Pars I.

De epistularum sermone.

Qui diligenter Chionis epistulas legit, is facile sibi persuadet auctorem iucunda quadam loquendi ratione usum esse. Simpliciter enim et quasi nativo flumine sermo labitur. Raro quidem ubertas quaedam prolixior ab auctore usurpatur. Imprimis in epistulis III., IV., XIII. scribendis, quibus narratur, quae res periculosae Chioni terra marique acciderint, auctor ad simpliciorem illam orationem se inclinasse videtur, quae vocatur *λέξις εἰρομένη*. Illius generis dicendi hoc proprium est longis periodis praetermissis saepe particulam *καί* ad enuntiata adnectenda adhibere. Hoc ipsum in illis epistulis saepius invenimus.

Ad aliam rem pertractandam accedamus. Dum legis, invenies Chionis epistulas saepius integritate sermonis Attici carere. Satis enim multa vocabula occurrunt, quae ab explorata scriptorum vere Atticorum consuetudine discedunt. Inde hoc unum statim constat, has epistulas non illis temporibus scriptas esse, quibus Plato floruit. In observationibus sermonis Chionei etiam Coberus et Hoffmannus versati sunt. (A. G. Hoffmanni Prol. in Chionis epist. Comment. Soc. Philolog. Lips. vol. III, p. 234 sq.; repetita sunt in Memnonis histor. excerpt. ed. Jo. Conr. Orelli, p. 128 sq.; Annotationes in Chionis epistulas in eodem libro Lips. 1816). Sed illi satis habebant nonnulla recentioris originis indicia e sermone repetere. Meum est fusius tractare, quae naturam illius epistularis dialecti efficiant. Atque hoc statim pono auctorem Attice scribere voluisse, sed satis frequenter in dialectum sui temporis, qui erat sermo vulgaris, relapsum esse, unde mira illa Attici sermonis integritas una cum *κοινῆς* vestigiis orta est.

Priusquam opus aggrediar, nonnulla praemittam. Doleo, quod mihi editio ea ratione, quam hac aetate postulamus, curata non est praesto. Inde enim magna sunt impedimenta epistulas pertractanti, quod libri manuscripti nondum satis accurate excussi esse videntur. Nonnullos codices et editiones antiquiores tractatas invenies in Hoffm. Prol. (Orelli, p. 159 sq.). Recentioribus temporibus accesserunt editiones Coberi et Orelli. Quae quamvis a doctis viris diligenter institutae sint, hoc quidem semper verendum est, ne illi *κοινῆς* dialecto tum nondum satis perspecta multa recentioris aetatis, ut fortasse putaverunt, culpa deformata in suspicionem vitii vocaverint causamque corrigendi arripuerint in iis, quae auctoris

sermonis propria sunt. Ne novissimi quidem editoris Hercheri manu adornatam editionem (Epistolographi Graeci, Paris 1873) eam formam induisse puto, quam in omnibus summa cum fide sequi possimus. Nihilominus in illa facilius acquiescere licet, dummodo caveamus, ne quid nimia fiducia veri in re dubia pro genuino ponamus.

Ad sermonem Chioneum cognoscendum usus sum his libris:

Lexicis Stephani (ed. Dind.), Passowii (1852), Papi-Sengebuschi, Sophoclis Lpz. 1888, Herwerdeni Lugduni Bat. [2]1910, Kumanudis 1883.

Birke, De particularum *μή* et *οὐ* usu Polybiano Dionysiaco Diodoreo Straboniano, diss. Lips. 1897.

Blass, Grammatik des neutestamentlichen Griechisch[2], Gött. 1902.

Bonhöffer, Die Ethik des Stoikers Epiktet, Stuttg. 1894; Epiktet und das Neue Testament, Gießen 1911.

Crönert, Memoria Graeca Herculanensis, Lips. 1903.

Deißmann, Bibelstudien, Marb. 1895; Neue Bibelstudien, Marb. 1897; Licht vom Osten[2–3], Tüb. 1909.

Ehlert, De verborum copia Thucydidea . ., diss. Berol. 1910.

Glaser, De ratione, quae intercedit inter sermonem Polybii et eum, qui in titulis saeculi III, II, I apparet, diss. Giss. 1894.

Grundmann, Quid in elocutione Arriani Herodoto debeatur, (diss. Lips.) Berl. Stud. 1884.

Hatzidakis, Einleitung in die neugriech. Grammatik, Leipz. 1892.

Helbing, Grammatik der LXX, Gött. 1907.

Krebs, Die Präpositionsadverbien in der späteren historischen Gräcität, Münch. 1884/85.

Kühner-Blaß-Gerth, Ausführliche Grammatik der griechischen Sprache[3], Hannover-Leipz. 1890—1904.

Mayser, Grammatik der griech. Papyri aus der Ptolemäerzeit, Leipz. 1906.

Meisterhans-Schwyzer, Grammatik der attischen Inschriften[3], Berlin 1900.

Melcher, De sermone Epicteteo, quibus rebus ab Attica regula discedat, diss. phil. Hal. vol. XVII (1906).

Moeridis Atticistae Lexicon ed. Piersonius, Lips. 1831.

Nägeli, Der Wortschatz des Apostels Paulus, diss. Basel 1904.

Phrynichi Eclogae . . . ed. expl. Lobeck, Lips. 1820; The new Phrynichus by W. G. Rutherford, London 1881.

Radermacher, Neutestamentliche Grammatik, Tüb. 1911.

Schmid, Der Atticismus . . ., Stuttg. 1887—97.

Schmidt, De Flavii Josephi elocutione observationes criticae, Fleckeisens. Jahrb. Suppl.-Bd. 20 (1893).

Schweizer, Grammatik der pergamenischen Inschriften, Berlin 1898.

Thomae Magistri sive Theoduli Monachi Ecloga vocum Atticarum rec. Fr. Ritschelius, Halis Saxonum 1832.

Thumb, Die griech. Sprache im Zeitalter des Hellenismus, Straßb. 1901; Handbuch der neugriech. Volkssprache², Straßb. 1905.

Winer-Schmiedel, Grammatik des neutestamentlichen Sprachidioms⁸, Gött. 1894.

Multos alios libros rarius usurpatos suo loco proferam.

De verbis sive locutionibus apud recentiores scriptores usitatis.

ἀπόγεια Hintertaue] ep. 4, 4. Apud Pol. Dion. H. Luc. (Schmid I, p. 56).

δεκα-ετία] ep. 12. Apud. Dion. H. Strab. Philon. Plut. alios.

πεντα-ετία] ep. 11. Apud Dion. H. Plut. Luc. (Schmid I, p. 370), in Thisbae titulo saec. III p. C. (Dittenb. ²533, 19. 21. 26).

τυραννοκτονία] ep. 17, 2. Apud Plut. Luc. (Schmid I, p. 377) Hermog. Tars. (Provot, De Hermogenis Tarsensis dicendi genere, diss. Argent. 1910, p. 8).

φιλανθρωπία] ep. 7, 3; ep. 10 bis; *φιλανθρώπως* ep. 3, 4; ep. 8. Haec verba etiam apud Atticos obvia inde a Demosthenis aetate saepe in titulis librisque vi attenuata usurpantur ita, ut ad nostra verba „feine Bildung" sive „fein gebildet" prope accedant. Etiam in Stoicorum sermone magni momenti sunt (Reitzenstein, Werden und Wesen der Humanität im Altertum, Straßb. 1907; Kaerst, Geschichte des hellenist. Zeitalters II 1 [1909], p. 372 sq.). Romani haec verba vocibus *humanitas* sive *humanus* reddiderunt (Immisch, Das Erbe der Alten, Berlin 1911, p. 6). Aliter, ut benigne me monuit Immisch, de hac re iudicat Hirzel, Plutarch Lpz. 1912, p. 23 sq.

δημοκοπέω] ep. 15, 1. Apud Phil. Plut App. (Schmid I, p. 157); *ἐκ-δημοκοπέω* ep. 15, 2. De hoc verbo alio loco dicam. Eiusmodi verba per *κόπος* sive *κοπέω* conformata sermoni vulgari in deliciis fuisse docet Schmid I, p. 157.

δυσαρεστέω] ep. 7, 1. Apud Pol Diod. Luc. (Schmid I, p. 359).

λογομανέω „insano litterarum amore affectum esse"] ep. 15, 3. Verbum ipsum uno hoc loco exstare videtur. Talia composita iam

apud Atticos scriptores occurrunt velut γυναικο-μανέω, λακωνο-μανέω, ὀρνιθο-μανέω apud Aristoph. (Jungius, De vocabulis antiquae comoediae atticae, diss. Trai. ad Rh. 1897, p. 143), ἱππο-μανέω apud Aristot., ξυλο-μανέω, φυλλο-μανέω apud Theophr.

ἀναλύω revertor] ep. 16, 3. Apud Pol. NT. Luc. Ael. Philostr. (Schmid IV, p. 340), in papyris (Mayser, p. 486; Nägeli, p. 34).

ἀναστρέφομαι sich benehmen] ep. 7, 1 οὐκ εὐπρεπῶς ἀνεστρέφετο Hercher; οὐκ εὐπρεπῶς ἀπωθεῖτο Orelli. Verbum ἀ. ita usurpatur in titulis (Deißmann B., p. 83; N. B., p. 22), in papyris, in NT, ab Epict. aliis (Nägeli, p. 38).

παραρτάω] ep. 4, 3. Apud Plut. Luc. Ael. Poll. (Schmid I, p. 370).

παραστρατοπεδεύω τινί castra ponere iuxta] ep. 3, 1. Apud Pol. (Mollenhauer, De eis verbis cum praepositionibus compositis, quae a Polybio ipso novata sunt, Prg. Merseb. 1888, p. 15), Dion. H. Plut.

προκόπτω procedo] ep. 4, 2. Apud Jos. A. J. 2, 6, 7; 2, 16, 3.

σκέπτομαι] ep. 14, 3. Atticum usum observavit auctor ep. 14, 5 σκοπεῖν et ep. 16, 3 σκοπεῖς. Nam ab Atticis supplentur praesens et imperfectum verbi σκέπτομαι per formas verbi σκοπέω. Sed ep. 14, 3 auctor adhibet formam Jonicam (Radermacher, p. 73) et linguae vulgaris propriam. Haec forma apud Atticos perraro obvia velut apud Plat. (Schmid I, p. 135) inde a Pol. satis frequentatur velut a Dione Chr. Epict. (Melcher, p. 16) in LXX (Helbing, p. 83) et in NT (Blaß, p. 60).

ὑπερισχύω] ep. 14, 2. Apud Theophr. in LXX. Apud Jos. — in papyris (Mayser, p. 496).

ἐπαινέω τινά τινος] ep. 6. Apud recentiores velut Dion. H.

ἐπιγιγνώσκω τινά τινος] ep. 6. Cuius usus nullum aliud exemplum inveni.

ὀλιγωρίαν εἶναι περί τινος] ep. 9. Apud Pol. 11, 9, 2. In sermone vulgari verba simplicia saepe circumscribi notum est.

κόσμου κατασκευή] ep. 16, 6. Apud Jos. (Schmidt, p. 531), Tatian. (Schwartz Index, p. 82).

κεράμιον] ep. 6. Hoc verbum etiam apud Atticos obvium in recentiore graecitate saepe usurpatur velut in papyris (Mayser, p. 429), in ostracis (Wilcken, Griech. Ostraka aus Aegypten und Nubien, Lpz.-Berl. 1899 I, p. 758 sq.), apud Pol., in LXX, in NT. Sermonem vulgarem verba deminuta adamasse notum est.

ἀτάραχος] ep. 16, 7. Apud Aristot. Epicur. Strab. Epict. — in epistula Aristeae — in papyris — in Cratetis epistula XXXV — in NT (Linde, De Epicuri vocabulis ab optima atthide alienis, Bresl. phil. Abh. IX, 3 (1906), p. 36; Bonhöffer, Epiktet u. das NT, p. 236).

μυρτίτης] ep. 6 *μερσίτου οἴνου;* „haud dubie legendum est *Μυρίτου*, cum quia vinum hoc tale erat, ut nostrum opulentiae suae, ut ait, admonere posset, tum dulce, quod habet XIII epistula Platonis" (Orelli, p. 280). Ego ipse propono *μυρτίτης*, quod adiectivum Diosc. 5, 36 et Artem. 93 de vino usurpant.

ῥόδιον sc. *μέτρον*] ep. 6 *ταρίχου ῥοδιάν*. Videtur auctor „per v. *ῥοδιὰν* genus aliquod vel mensurae vel vasis, quod in usu erat apud Rhodios, indicare voluisse" (Orelli, p. 279 sq.). Fortasse legendum est *ῥόδιον*, quae est vini mensura (Wilcken, Griech. Ostraka I, p. 765).

Sermonis vulgaris proprium est verba composita pro simplicibus quasi nimio usu tritis usurpare. Unde etiam nova verba formantur ita, ut simplex cum praepositione antiqua aetate non usitata componatur. Illius usus haec exstant exempla:

ἐκ δημοκοπέω] ep. 15, 2. Verbum nusquam nisi hoc loco exstare videtur. Inter veteres iam Thuc. (Ehlert, p. 76) imprimisque Trag. (Wilamowitz Heracl. II, p. 41) simplicia praepositione *ἐκ* quasi fulcire studebant.

ἐν-ησυχάζω] ep. 16, 7. Apud Phil. II, 140, 5 (Soph.).

De verbis sive locutionibus potissimum in Stoicorum doctrina obviis.

ἐναργής] ep. 17, 2. „Dieses Wort hat in der stoischen Erkenntnislehre, ebenso aber auch in der akademischen Polemik gegen dieselbe eine große Bedeutung erlangt". Adiectivum vere Atticum deest in NT. (Bonhöffer, Epiktet u. das NT, p. 243.)

εὔλογος] ep. 16, 9. Adiectivum in Stoicorum sermone valde usitatum exstat in LXX uno loco, deest in NT (Bonhöffer, Epiktet u. das NT, p. 246).

ἐφ' ἡμῖν] ep. 3, 3. Quae locutio iam apud Aristotelem obvia in Stoicorum doctrina magni momenti est (Bonhöffer, Die Ethik des Stoikers Epiktet, p. 256; Epiktet u. das NT, p. 36; 116).

οἰκονομία] ep. 14, 4. Verbum usurpatur „in dem spezifisch stoischen Sinn der inneren Disposition oder Direktion des Handelns nach Zwecken. Cf. Epict. III, 14, 7; Marc. Aurel. IV 19; XI 18, 3" (Bonhöffer, Epiktet u. das NT, p. 121 sq.).

συμπαθέω „in enger Verbindung und Fühlung stehen; von Herzen zustimmen“] ep. 11. De hoc verbo Stoicorum sermonis proprio cf. Bonhöffer, Epiktet u. das NT, p. 212. Die Ethik des Stoikers Epiktet, p. 265.

De vocabulis in *-της* desinentibus.

Verba in *-της* terminantia, quae vocant actoris, auctor adamasse videtur. De eiusmodi vocibus peculiariter disseruit Fraenkel, Gesch. der griech. Nomina agentis I Straßb. 1910. Inter veteres haec verba Gorg. Thuc. (Ehlert, p. 88) Trag. usurpabant (Menge, De poetarum scaenicorum Graecorum sermone, diss. Gott. 1905, p. 78 sq.). Etiam apud Atticos occurrunt ep. 1 *ἀγωνιστής*; ep. 14, 5; 16, 5 *ἡσυχίας ἐραστής*; 16, 4 *ἐ. ἀπεχθειῶν*; ep. 16, 4 *θεατής*; ep. 3, 3 *κομήτης*; ep. 4, 1; 16, 5 *ναύτης*; ep. 16, 1; 16, 3 *οἰκέτης*; ep. 12; 14, 1; 15, 1 *πολίτης*; ep. 3, 2 *σαλπιγκτής*. Haec forma, si fides est editorum, memorabilis est. Nam recentiore aetate usurpantur formae *σαλπικτής* et *σαλπιστής*. (Lob. Phryn., p. 191 sq.; Meisterhans[3], p. 84; Crönert, p. 71[2]; Mayser, p. 191; Helbing, p. 85, 114, 115; Blaß, p. 42, 60; Fraenkel, p. 232); ep. 17, 1 *συνωμότης*. Recentioris graecitatis propria esse videntur:

ἁρπακτής] ep. 3, 3. Vox perraro in litteris Graecis occurrere videtur. Apud Tatian. legitur *ἁρπαστής* latro (Heiler, De Tatiani Apologetae dicendi genere, diss. Marp. 1909, p. 88).

καπηλάτης] ep. 4, 2. Apud Pol. Plut. Athen. alios.

πάντων ἐπόπτης de deo dictum] ep. 16, 6. Ita usurpatur in LXX, in epistula Aristeae, imprimis a scriptoribus ecclesiasticis. (Deißmann B., p. 47; Licht, p. 261, 321) — in defixionis tabella aetatis christianae (Fraenkel, p. 241) — apud Vett. Val. (Warning, De Vettii Valentis sermone, diss. Monast. 1909, p. 49). Epict. III 11, 6 de deo usurpat *ἐπόπτης τῶν σχέσεων* „Aufseher und Schützer der sittlichen Beziehungen der Menschen zueinander“ (Bonhöffer, Ethik des Stoikers Epiktet, p. 82; Epiktet u. das NT, p. 206). In titulo (Deißmann Licht, p. 261; Gerlach, Griech. Ehreninschriften, Halle 1908, p. 75) Augustum nominant *γῆς καὶ θαλάσσης ἐπόπτην*. Huc accedunt similes locutiones Epict. I 14 *πάντα ἐφορᾷ τὸ θεῖον* (Bonhöffer, Epiktet u. das NT, p. 247). Herodes Atticus (Kaibel epigr. lap. 1046, 61 *ἥ τ', ἐπὶ ἔργα βροτῶν ὁρᾷς, Ῥαμνουσιὰς Οὖπι.* — Babrius 43, 6 [Suidas] *ἥ* (sc. Nemesis) *τὰ γῆς ἐποπτεύει.* De aliis eiusmodi locutionibus cf Fraenkel, p. 128; Thurmayr, Sprachl. Stud. z. d. Kirchenhist. Euagrius, diss. Monach. 1910, p. 15 sq.

στασιαστής] ep. 7, 1. Apud Diod. Dion. H. Marc. Aurel. Jos. — Atticos στασιώτης usurpavisse monet Moer., p. 359.

ἑκοντί] ep. 16, 4; „von der hellenistischen Zeit an", apud [Aristot.] rhetor. ad Alex. — [Phocyl.] — posteriores (Fraenkel, p. 11) Dio Chr. (Schmid I, p. 150).

De vocabulis in -μα cadentibus.

Substantiva in -μα cadentia et Jonicis et veteris atthidis scriptoribus velut Gorg. Thuc. (Ehlert, p. 83), Antiph. (Jacoby, De Antiphontis sophistae π. ὁμονοίας libro, diss. Berol. 1908, p. 52) valde in usu fuisse atque ex Iade plurima eorum in sermonem vulgarem recepta esse a Glasero et Thumbio satis exploratum est. Etiam Chionis epistularum auctor magnam illorum verborum copiam profert. Quo in numero multa sunt, quae etiam apud vere Atticos scriptores inveniuntur. Nec vero ex singulis, sed ex illorum ubertate concludi potest auctorem sermonis vulgaris consuetudinem observavisse.

Etiam Atticis scriptoribus usui sunt βούλευμα ep. 16, 2; γράμμα ep. 8; ep. 9; ἐπιτήδευμα ep. 16, 2; μάθημα ep. 16, 8; μνῆμα bis ep. 17, 2; πλεονέκτημα ep. 5; πολίτευμα ep. 7, 3; πρᾶγμα ep. 3, 3; 14, 1; 16, 1; σκέμμα ep. 13, 1; στράτευμα ep. 3, 4; 3, 6; σχῆμα ep. 7, 2; σῶμα ep. 14, 6 iens; χρῆμα ep 6; 17, 2.

Sequuntur verba, quae recentioris aetatis propria esse videntur.

γέν(ν)ημα = καρπός] ep. 6. Huius vocis usum linguae vulgaris proprium fuisse et Phryn. (Rutherf., p. 348) testatur, qui pro illo καρπός laudat, et a nobis ipsis ex fontibus cognoscitur. Nam multa illius usus exempla exstant in papyris (Deißmann B., p. 105; NB., p. 12; Mayser, p. 214; Nägeli, p. 32), in ostracis (Wilcken I, p. 214), in titulis (Schweizer, p. 124), in LXX (Helbing, p. 16), in NT (Blaß, p. 12; W-Sch., § 5, 26 a). Etiam Pol. (Nägeli, p. 32) et hodierni Graeci (Meister, Proleg. zu einer Gramm. der LXX, Wien. Stud. 2 [1908], p. 243) verbum ita usurpant. Esse autem vocem ν littera non geminata scribendam atque a verbo γίνομαι non a γεννάω ducendam ex papyrorum usu eruit Deißmann.

προαγόρευμα] ep. 4, 1. Apud App. II 326, 99 [Soph.], Synes., p. 115 B [Steph.]. ep. 4, 1 πρόρρησις verbum Atticum exstat.

νόσημα] ep. 14, 2 bis. Quae vox Jonica occurrit imprimis apud Hipp. (Glaser, p. 58). νόσος vocabulum, quod Atticos praeferre Thumb docet (Gr. Spr., p. 216), legitur ep. 4, 1; 13, 1.

Deinceps est agendum de verbis in *-μα* exeuntibus, quae apud scriptores tragicos occurrunt.

Poetis tragicis praecipue Eur. (Wilamowitz Heracl. II, p. 128) usum suffixae syllabae *-μα* in deliciis fuisse notum est (Menge, p. 50 sq.). Quo in usu illos ad sermonem Jonicum se applicare exposuerunt Glaser et Thumb (Gr. Spr., p. 216). A tragicis usurpata occurrunt:

ζῶμα] ep. 13, 2. Apud Soph. (Glaser, p. 57).

μάντευμα] ep. 17, 2. Apud Poet. Trag. Pl. Luc. (Schmid I, p. 337).

οἰώνισμα] ep. 17, 2. Apud Trag. in LXX (Helbing, p. 113), apud Hdn. Jos. (Schmidt, p. 519), Achill. Tat. (Sexauer, Der Sprachgebrauch des Romanschriftstellers Achilles Tatius, diss. Heidelb. 1899, p. 52).

ἴχημα] ep. 2. Apud Aesch. Soph. Eur. Pind. (Menge, p. 61), Pl. Xen. Luc. (Schmid I, p. 282), Philostr. (IV, p. 210).

De verbis et apud antiquos poetas et apud Herodotum obviis.

Recentioris graecitatis proprium est permulta verba, quae antiquis temporibus Herodoto imprimisque poetis usui erant, Alexandrina aetate in prosae scriptis denuo quasi emergere. Quae res ita explicari potest, ut dicamus has voces in sermone plebeio quoque, maxime Jonum, usitatas fuisse, unde recentiore aetate, qua scriptores saepe sermone vulgari usi sunt, illae etiam in libros transierunt.

ἀνήκειν πρός τι] ep. 14, 5. Apud Soph. Hdt. Xen. Arist. Pol. Diod. Philod. Rhet. — in titulis et in papyris (Nägeli, p. 48).

ἀπελεύσομαι] ep. 17, 2. Haec forma ab atticistis Moer., p. 16 et Phryn. (Lob., p. 37) repudiata est poetica (Hom. Trag.), Jonica (Hdt. Hipp.), vulgaris *κοινῆς* propria (Mayser, p. 395; Helbing, p. 108; Blaß, p. 56). Quamquam hoc futurum apud ipsos Atticos passim obvium etiam atticistae Dio. Chr. (Schmid I, p. 84), Luc. (I, p. 231), Philostr. (IV, p. 35) non evitaverunt.

ἁρμόζω verheiraten] ep. 10. Apud Pind. Hdt. Eur. Dion. H App. Philostr. (Schmid IV, p. 277) — in LXX et in NT (Nägeli, p. 25). Verbi historia optime etiam illustratur verbo *ἁρμάζω*, quam formam *ἁρμόζω* apud hodiernos Graecos induit (Thumb, Gr. Spr., p. 217).

ἀχρεῖος] ep. 3, 6. Apud Hom. Hes. Hdt. Hipp. Aesch. Soph. Eur. Pol. in NT (Wittekind, Sermo Sophocleus quatenus cum scriptoribus Jonicis congruat, differat ab Atticis, diss. Giss. 1905, p. 29).

δηλαδή] ep. 15, 3. Apud Hdt. Hipp. Soph. Eur. Aristoph. Plat. com. Alex. (Selvers, De mediae comoediae sermone, diss. Monast. 1909, p. 58), Philemon. Menand. (Bruhn, Über den Wortschatz des Menander, diss. Kiel. 1910, p. 41) — apud atticistas (Schmid I, p. 184; 425; II, p. 305; IV, p. 533) — in titulis.

ἤν = ἐάν] ep. 14, 4; 16, 7. Haec forma contracta Jonica est. Imprimis usurpatur ab Hdt. Thuc. Antiph. Trag. Aristoph.

θεράπων] ep. 4, 3; 14, 1; 16, 3; 17, 1. Apud Hom. Hes. Pind. Hdt. Thuc. Plat. Xen. Eur. Aristoph. alios — in LXX et in NT.

λόγχη] ep. 3, 2; 4, 3; 4, 4. Apud Pind. Trag. — saepius apud Hdt. Xen. — Plat. Aristoph. Menand. — in LXX et in NT — in titulis (Bruhn, p. 45).

ὀπίσω] ep. 4, 3 *ὀπίσω ἡμῶν ἐκρύπτοντο.* Hoc loco adverbium praepositionale praepositionis modo usurpatur. Hunc usum invenimus in LXX, in NT (Blaß, p. 130) — in Cebetis tabula (Praechter, Cebetis tabula quanam aetate conscripta esse videatur, diss. Marb. 1885, p. 115); ep. 13, 2 *ἀποστρέψας εἰς τοὐπίσω τὰ χεῖρε.* Haec locutio *εἰς τοὐπίσω* legitur apud Hipp. [*π. ἄρθρ. ἐμβ.* c. 30 Kühlewein II, p. 148, 14; c. 58 II, p. 203, 15] — Plat. — posteriores velut Plut. (Wyttenbach Lex. Plut.), Arr. (Grundmann, p. 250) — in NT (Preuschen, Griech. Deutsches Handwörterbuch zu den Schriften des NT, Gießen 1910, p. 811).

πόθος με ἔχει] ep. 11, 2. Apud Hdt. Soph. — Arr. (Grundmann, p. 248).

τηνικαῦτα = τότε] ep. 16, 6. Apud Hdt. Hipp. — Soph. Eur. Aristoph. Plat. Xen. Aristid. (Schmid II, p. 157).

φαντάζομαι] ep. 7, 2. Apud Aesch. Eur. (Wilamowitz Heracl. II, p. 184), Hdt. Plat. Apoll. Rhod. (Boesch, De Apollonii Rhodii elocutione, diss. Berol. 1908, p. 43), Plut. Luc. (Schmid I, p. 350), Epict. (Bonhöffer, Epiktet und das NT, p. 214), Ael. (III, p. 257), Achill. Tat. (Sexauer, p. 63) — in papyris, in NT, in hodierno Graecorum sermone (Thumb, Gr. Spr., p. 219).

χρῄζω c. gen.] ep. 2. Apud Hom. Trag. Hdt. Hipp. Aristoph. Xen. Philostr. (Schmid IV, p. 337) in NT (Blaß, p. 107) — in papyris (Crönert, p. 52).

χρῆμα in periphrasi usurpatum] ep. 17, 2. *γυνή, θεῖόν τι χρῆμα κάλλους καὶ μεγέθους.* Ita usurpatur ab Hdt. Soph. Aristoph.

(Wundt, De Herodoti elocutione cum sophistarum comparata, diss. Lips. 1903, p. 21), Antiph. com. (Selvers, p. 83), Plat. Xen. Theocr. Pol. Strab. Phil. (Vahlen Opusc. acad. II, p. 228), Aristid. (Schmid II, p. 166), Ael. (III, p. 160 sq.), Philostr. (IV, p. 245).

De verbis imprimis apud Hippocratem aliosque medicos obviis, quae Jonica esse videntur.

ἀναλαμβάνω ex morbo se recipere] ep. 13, 1 *ἀνειλήφειν ἐμαυτόν*. Apud Thuc. (Schmid IV, p. 126), Plat. com. (Phot. Reitzenstein 115, 1), Menand. in Samia 243, Philon. Diosc. Plut. Aristid. (Schmid II, p. 226), Philostr. (IV, p. 126).

ἀπολύεσθαι de morborum recessu dictum] ep. 14, 2. Verbum Hippocratis proprium est (Foes Oecon. Hipp.).

λελυμένος ep. 7, 1; *λελυμένως* ep. 7, 3]. Adverbium legitur Hipp. *Προρρητ.* Kühn Med. Graec. XXI, p. 168; *Κωακαὶ προγνώσεις* XXI, p. 313.

ἀποπληξία] ep. 7, 1. Apud Democr. (Diels, Vorsocr.², p. 398, 1), Hipp. Pseud-Arist. Philod. (Sudhaus) Plut. Gal. — in Hippocratis epistula. Etiam Aristid. (Schmid II, p. 176) verbum usurpat.

ἅπτομαι de morbis dictum] ep. 14, 3. Apud Hipp. Thuc. (Ehlert, p. 109).

εὐέμβατος] ep. 15, 3; 16, 2. De hac voce postea disseram.

ἠρεμαῖος] ep. 16, 7. Apud Hipp. Plat. Xen. Luc. (Schmid I, p. 268).

ἠρεμέω] ep. 3, 6. Apud Hipp. Plat. Xen. Apoll. Rhod. (Boesch, p. 42) posteriores velut Philon. Plut. (Mahlstedt, Über den Wortschatz des Aineias Taktikus, diss. Kiel. 1910 p. 50).

καταβαίνω de morbis dictum] ep. 14, 3 *τοῦτο* (sc. *κακόν*) *ἐπὶ ψυχὴν καταβαίνει*. Apud Hipp. Thuc. (Ehlert, p. 106).

μαλθάσσω] ep. 3, 5. Apud Hipp. [*π. διαίτης ὀξ.* c. 16 Kühlewein I, p. 116, 20; c. 23 I, p. 120, 17; *προγνωστ.* c. 19 Kühlewein I, p. 100, 169; *π. ἄρθρ. ἐμβ.* c. 40 Kühlewein II, p. 162, 10; c. 50 II, p. 187, 2] Aesch. Soph. Eur. Plut. Diog. L. Maneth.

νόσημα] ep. 14, 2. De hoc verbo iam supra egi p. 12.

παραμπέχομαι] ep. 7, 3 *νοῦν ὑπὸ μηδενὸς παραμπεχόμενον λόγου*. Apud Hipp. *π. ἱερῆς νούσου* Kühn XXI, p. 588 *παραμπεχόμενοι καὶ προβαλλόμενοι τὸ θεῖον τῆς ἀμηχανίης*. Explicatur ab Erotiano (Klein, Lips. 1865) p. 108, 4 verbo *παρακαλυπτόμενοι*. Eur. Med. 282 (ed. Ox.) habet *παραμπίσχειν*. Compositio *παραμφι* in recentiore demum graecitate invenitur apud Vett. Val., qui habet

verba *παραμφ(ι)* — *οδίζειν* et — *οδεῖν* (Warning, p. 67). Sermonem vulgarem verba cum compluribus praepositionibus composita adamasse notum est.

παρηγορέω] ep. 1. Apud Hipp. [*π. διαίτης ὀξ.* c. 58 Kühlewein I, p. 139, 3] Hdt. Pind. Trag. Apoll. Rhod. (Boesch, p. 43), Parthen. (Mayer-G'schrey, Parthenius Nicaeensis quale . . dicendi genus secutus sit, diss. Heidelb. 1898, p. 10), Dion. H. Plut. Aret. Achill. Tat. (Sexauer, p. 52).

ταρακτικός] ep. 16, 5. De hoc adiectivo postea dicam.

τάραχος] ep. 3, 2 *πολὺς τάραχος*. Apud Hipp. Xen. [Anab. 1, 8, 2 *πολὺς τάραχος ἐγένετο*] Epicur. Luc. (Schmid I, p. 305) — in LXX et in NT (Linde, p. 24). Atticos *ταραχή* usurpare dicit Rehdantz [Xen. Anab. 1, 8, 2 ed. Weidmann].

De verbis poeticis.

Sequuntur ea verba poetica Homeri aliorumque poetarum, quae in prosae scriptis Atticis aut raro aut omnino non exstant, initiis recentiorum temporum in prosae orationem invadunt. Inter veteres scriptores iam Plato passim vocibus poeticis orationis exornandae causa usus est. Apud recentiores scriptores hunc usum frequentiorem esse constat; tam multa id genus vocabula proferunt Polybius et atticistae. Manifestum est hos scriptores non omnia poetica sua verba de consilio invexisse, sed multa e sermone vulgari repetivisse. Ut recte de eiusmodi verbis iudices, etiam hoc respicere debes, quod Immisch (Die innere Entwicklung des griech. Epos, Lpz. 1904, p. 29, 17) dicit: „Wo „Episches“, was gar nicht so selten der Fall ist, in der *κοινή* wiederkehrt, da pflegt man zwar meist (von Xenophon an, dem ausgesprochensten Vorläufer der *κοινή*) von poetischem Lehngut zu reden . . .; in Wahrheit aber scheint jene Übereinstimmung vielmehr zu bedeuten, daß die betreffenden Wörter dem lebendigen Jonisch dauernd angehört und mithin Anspruch haben, als zum Grundstock der *κοινή* gehörig betrachtet zu werden.“ Sed sunt a posterioribus etiam vocabula vere poetica usurpata. Thumb (N. Jahrb. 17, p. 261) Lucianum (quom. conscr. hist. 22) affert, qui historicos quosdam vituperat, quod verbis poeticis prosam orationem misceant, et cf. Immisch, N. Jahrb. 29, p. 48.

αἴσιος] ep. 3, 2. Quae vox Jonica et poetica legitur apud Hom. Pind. Trag. poetas Alexandrinos — saepius apud Xen. — in Hippocratis epistula (Solmsen, Beiträge z. griech. Wortforschung, Straßb. 1909, p. 72) — apud Plut. atticistas (Schmid I, p. 251; II, p. 188; III, p. 179; IV, p. 269) — in titulo aetatis Hadriani.

αἰφνίδιος] ep. 3, 2; 4, 2; 13, 1. Apud Aesch. Thuc. Pol. Plut. D. H. Luc. (Schmid I, p. 318) — in LXX, in NT, in epistula Aristeae.

ἀμφήκης] ep. 5. Apud Hom. Tr. Aristoph. — Theophr. (Joachim, De Theophrasti libris *περὶ ζῴων*, diss. Bonn. 1892, p. 55), Luc. (Schmid I, p. 390), Philostr. (IV, p. 270).

ἀναίνομαι] ep. 10. Apud Hom. Tr. Xen. Plat. Dem. (Schmid II, p. 189), Luc. (I, p. 320), Aristid. (II, p. 189), Ael. (III, p. 181).

ἀριστεύς] ep. 3, 6. Apud Hom. Pind. Ps. = Dem. Plut. Luc. (Schmid I, p. 322), Philostr. (IV, p. 277). Verbum Jadi et priscae Atthidi attribuit Rutherf., p. 30.

δυσίατος] ep. 14, 2. Apud Aesch. Eur. Pl. Philostr. (Schmid IV, p. 288).

ἐπικαλύπτω] ep. 16, 5. Apud Hes. Eur. Pl. Xen. Aristot. Plut. Luc.

εὔελπις] ep. 17, 2. Apud Hipp. Thuc. Aesch. Eur. Plat. Dinarch. (Ehlert, p. 87).

εὐφροσύνη] ep. 1. Quae vox Jonica et poetica usurpatur passim a Trag. Plat. Arist. (Immisch, N. J. f. d. k. Alt. V [1900], p. 441 sq.) — saepius apud Xen. — apud Luc. — in LXX, in NT, in epistula Aristeae.

ζόφος] ep. 16, 5. Hoc verbum Jonicum et poeticum exstat apud Poet. Pol. Dion. H. Luc. — in LXX, in NT, apud hodiernos Graecos (Schmid I, p. 331; Thumb, Gr. Spr., p. 218).

θαλάττιος] ep. 4, 2. Apud Hom. Trag. Plat. Philostr. (Schmid IV, p. 302).

θεῖος] ep. 17, 2 *γυνή, θεῖόν τι χρῆμα*. Epitheti usus ad poetarum imitationem referendus esse videtur.

θρασύς] ep. 3, 7; 4, 3; 14, 1. Apud Hom. Pind. Trag. Thuc. Plat. Aristot. alios.

κατέχω] ep. 3, 2 *τάραχος κατέσχε τοὺς Β*. Apud Pind. Soph. Plat. (Grundmann, p. 249) Philostr. (Schmid IV, p. 308) — in papyris (Deißmann Licht, p. 230).

κεράννυμι τί τινι] ep. 9; 16, 6. Apud Pind. Plat. Philostr. (Schmid IV, p. 309).

λακτίζω] ep. 13, 2. Apud Hom. Eur. Aristoph. (Jungius, p. 212) Plat. Xen. Luc. (Schmid I, p. 336) Epict. (Bonhöffer, Epiktet u. das NT, p. 111) Philostr. (IV, p. 312) — in LXX, in NT, in papyris (Mayser, p. 34).

ὄλεθρος] ep. 14, 2. Apud Hom. Pind. Trag. Hipp. Thuc. Plat. Aristid. (Schmid II, p. 203) — in LXX et in NT.

ὄνειρος] ep. 17, 2. Apud Hom. Hdt. Pind. Aesch. Eur. Plat.

οὐδὲ γὰρ οὐδέ] ep. 16, 9. Apud Hom. Hdt. Plat. Xen. Theocr. Arr. (Vahlen, Opusc. acad. I, p. 216) apud atticistas (Schmid IV, p. 623).

ὀχυρός] ep. 14, 2; 17, 1. Vocabulum, quod etiam Pol. et NT praebet, in poeticis numerat Lindauer, De Polybii vocabulis militaribus, diss. Monach. 1889, p. 22; 48.

πένομαι] ep. 10. Apud Ep. Trag. Thuc. Xen. Philostr. (Schmid IV, p. 323).

περιάγνυμι vel *περιαγνύω*] ep. 13, 2. Passivum legitur apud Hom. Hesiod. Apoll. Rhod., activum apud App. civ. 2, 150.

περικαλλής] ep. 17, 2. Apud Hom. Hes. Hdt. Aristoph. Plut. Luc. (Schmid I, p. 342) Ael. (III, p. 214) Hermog. Tars. (Provot, p. 7).

προσαίσσω] ep. 13, 2. Apud Hom. Aesch. Aen. Tact. (Behrend, De Aeneae Tactici comment. poliorcet. quaest. select., diss. Regim. 1910, p. 65) Polluc. 6, 123.

φορητός] ep. 4, 2. Apud Pind. Trag. Plut. atticistas (Schmid I, p. 351; II, p. 209; III, p. 225; IV, h. 43).

ὠκύς] ep. 4, 3. Apud Poet. — posteriores velut Luc. (Schmid I, p. 352) Ael. (III, p. 227).

De nonnullis verbis, quae alia notione vel constructione instructae sunt atque apud priorum temporum scriptores.

Constat multa verba inde ab Alexandrina aetate quandam sensus variationem atque novam significationem accipere. In Chionis epistulis leguntur haec

γνώριμος discipulus] ep. 3, 1; ep. 5. Apud Strab. Clem. Alex. Phil. Plut. Ael. Aristid. (Schmid III, p. 108) Philostr. (IV, p. 345) — saepe apud Diog. L.

„Factitativam“ notionem induerunt adiectiva

ἐπιλήσμων] ep. 3, 6 *ἐπιλήσμονί τινι ἐπῳδῇ παντὸς ἔργου.*

ταλαίπωρος] ep. 3, 3 *ταλαιπώρου καὶ χαλεπῆς ἄλης.* Idem praebet etiam Philostr. (Schmid IV, p. 376). Schmid negat *τ.* ita usurpatum ante Strab. exstare videri.

πολιτεύεσθαι; πολίτευμα; πολιτεία] ep. 13, 3 *ὅπως δέ τι καὶ ὑπὲρ τῆς πατρίδος πολιτευώμεθα;* ep. 14, 5 *τὰ δὲ τῆς πατρίδος συνημμένα . . . ἀλλὰ καὶ πολιτεύεσθαι ἀναγκάζει καὶ κίνδυνον ἔχειν;* ep. 14, 5 *πολιτεύου δὴ πρὸς τὸν τύραννον; πολιτεύειν πρός τινα* similiter usurpatur a Jos. Arch. XIX 43 — ep. 17, 1 *πολιτευσάμενος . . ἀνύποπτος αὐτῷ γενέσθαι;* ep. 7, 3 *ἡμῶν αὐτῶν χάριν γενέσθω τοῦτο τὸ πολίτευμα;* ep. 14, 5 *ἐὰν καὶ ἄλλο τί σοι δοκῇ πρὸς τὴν αὐτόθι πολιτείαν ἀνήκειν;* ep. 16, 5 *τὴν δὲ πολιτείαν καὶ πολυπραγμοσύνην.* Illorum verborum significatio ad eam accedere

videtur, quae recentioribus scriptoribus velut Clem. Rom. Tat. Justin. Clem. Alex. Jambl. Procl. usui est „Wandel, Lebensführung" (Usener, Der heilige Theodosius, Lpz. 1890, p. 117 sq.; Deißmann B., p. 211; Georg, Studien zu Leontios, diss. Monach. 1902, p. 33 sq.; Immisch, N. Jahrb. XXIX et XXX [1912], p. 44).

ἐμπορεύομαι singulari ratione usurpatum] ep. 2, 1 *Θράσων ἐμπορεύεται τὸν Πόντον* in editionibus legitur. Sed fortasse mutandum est *εἰς τ. Π.* [ep. 7, 2 et 8 *ἐ. εἰς τ. Π.*]. Etiam Marcks, Symbola critica ad epistolographos Graecos, diss. Bonn. 1883, p. 56 *εἰς* recipere vult. — ep. 11 *ἀρετὴν ἐμπορευόμεθα.* Apud Jos. [Arch. XVI, 89] D. L. Luc. (Schmid I, p. 360; IV, p. 714) — Achill. Tat. (Sexauer, p. 57).

κατεστρατευμένος . . τὸν Πόντον ut miles P. emensus] ep. 2. Hac vi instructum verbum nusquam nisi hoc loco exstare videtur.

σοφίζομαί τινα] ep. 6. Apud Statil. Fl. [Anth. Pal.] — saepius apud Jos. [B. J. IV 103; III 222] Plut. Hdn. Aristid. (Schmid II, p. 224) Ael. (III, p. 152).

De adiectivis in *-ικός* desinentibus.

Is, qui copiam adiectivorum, quae in Chionis epistulis occurrunt, accurate perlustrat, numerum non ita parvum miratur eorum, quae in *-ικός* exeunt. Quorum usum recentioribus temporibus frequentiorem fuisse constat (Glaser, p. 49 sq.). Hoc quidem addo haec adiectiva, quae epistularum auctor usurpavit, omnia fere etiam apud scriptores vere Atticos inveniri. Nec vero in singulis, in eorum potius copia inest aliquid documenti. *διθυραμβικός* ep. 15, 3; *δρομικός* ep. 4, 3; *κυνηγετικός* ep. 2; *παιδικός* ep. 16, 2; *ποιητικός* ep. 3, 7; *πρακτικός* ep. 5; *προνοητικός* ep. 15, 2 (Bruhn, p. 51); *στρατιωτικός* ep. 3, 4; *φυλακτικός* ep. 15, 2. Accedit verbum Jonicum ep. 16, 5 *ταρακτικός* inde ab Hipp. obvium apud Menand. (Bruhn, p. 38) Dion. H. Plut. Epict. Sext. Emp. Athen. (Melcher, p. 43).

De adiectivis in *-τος* cadentibus.

Verborum copiam, quae in Chionis epistulis exstant, pertractantibus facile patet, quam libenter auctor adiectivis in *-τος* desinentibus usus sit. Inde concludere licet auctorem ad sermonis vulgaris usum se applicare. Nam Alexandrina aetate eorum adiectivorum copia ita aucta est, ut multa adiectiva verbalia merorum adiectivorum vim induerint exitusque *-τος* saepissime ad nova adiectiva formanda usurpatus sit. Praemitto *ἀσπαστός* ep. 10; *ἐφικτός* ep. 4, 4 *εἰς ἐφικτὸν ἐλθεῖν.* Apud Dion. H. Plut. — *θαυμαστός*

ep. 3, 2; 3, 5; 16, 1; *θνητός* ep. 16, 6; *φορητός* ep. 4, 2. Quae sequuntur, composita sunt ex particulis *ἀ*-privativo, *δυσ*-, *εὐ*-, et adiectivis verbalibus sive simplicibus sive compositis. *ἀ-δύνατος* ep. 12; *ἀ-δωροδόκητος* ep. 6; *ἀ-θάνατος* ep. 16, 6; *ἄ-παυστος* ep. 14, 2; *ἀ-πολίτευτος* ep. 5; 13, 3; 16, 7; *ἀ-στάθμητος* ep. 7, 2; *ἀ-τέκμαρτος* ep. 7, 1; *ἄ-τρωτος* ep. 7, 3; *ἀ-χάριστος* ep. 16, 8; *ἀ-κατά-λυτος* ep. 14, 1. Apud Dion. H. Paul. IV Macc. Hippol. — *ἀ-φιλοσόφητος* ep. 16, 2. Apud Dion. H. 1, 277, 9; schol. Hom. M 27. Nisi in Chionis epistulis occurrere non videtur *ἀ-προ-καλύπτως* ep. 7, 3; 13, 3 — *ἀν-εύρετος* ep. 16, 5; *ἀν-ήκεστος* ep. 15, 2; 16, 2; *ἀν-ίατος* ep. 14, 2; *ἀν-ύπ-οπτος* ep. 17, 1; *δυσ-ίατος* ep. 14, 2; *δυς-κατ-όρθωτος* ep. 15, 3. Apud Jos. Pseudo-Demetr. Method. Ceterum adiectiva verbalia cum *δυσ*- praefixo crebro apud Trag. occurrunt. (Schroeter, De Simonidis Cei Melici sermone quaestiones, diss. Lips. 1906, p. 22 sq.). *εὐ-χείρωτος* ep. 15, 3. Jonicum est *εὐ-έμ-βατος* ep. 15, 3; 16, 2. Legitur enim apud Hipp. *π. διαίτης ὀξ.* c. 65 Kühlewein I, p. 143, 4. *δυσ-έμ-βατος* reperitur apud Thuc. IV, 10, 3 (Ehlert, p. 86). Compositionem *εὐ-εμ* in numero Jonicarum, quas adamant medici, habere licet. Steph. haec Hippocratis exempla affert *εὐ-έμ-βλητος; εὐ-έμ-βολος*.

De verbis ab atticistis laudatis.

Copiam verborum acutius perquirenti satis multa vocabula occurrunt, quae cum atticistarum praeceptis congruunt. Quo ex numero non omnia solius Atticae dialecti propria fuerunt, sed hoc docent lexicographi atticissantes illa laudata scriptoribus vere Atticis usui fuisse. Haec igitur verba accurate nobis evolvenda sunt, ut de Chionis epistularum auctore recte iudicemus. Nam inde probatur auctorem in verbis eligendis atticistarum praecepta observavisse.

Ἀθήνησι] ep. 10; 11. Ceteris locis *ἐν Ἀθήναις*. Thom. M. 12, 5 *Ἀθήνησιν οὐκ ἐν Ἀθήναις*. Apud recentiores adverbium evanescit.

ἄλλοθεν] ep. 3, 5. Vocabulum recentioris verbi *ἀλλαχόθεν* loco laudatur a Moer., p. 11 et Thom., p. 10, 13.

ἀμφορεύς] ep. 6. Pro illo recentiore aetate *μετρητής* in usu fuisse Moer., p. 45 et Th., p. 15, 2 monent.

ἀπ-αρκέω] ep. 11. Th., p. 24, 15 *ἀπαρκεῖ κάλλιον ἢ ἀρκεῖ*.

βραδύτερον] ep. 3, 2. Hanc formam Atticam esse loco vulgaris *βράδιον* tradunt Phryn., p. 149 (Rutherf.); Moer., p. 93; Th., p. 54, 7.

δέω] ep. 13, 2; 14, 4; 17, 2. Moer., p. 122 *δέω Ἀττικοί, δεσμῶ Ἕλληνες*. Reitzenstein, Gesch. d. griech. Etymologica, Lpz.

1897, p. 393, 5 *Δεθήσεται· οὐ δεσμευθήσεται.* Fraenkel, Griech. Denominativa, Gött. 1906, p. 219: „Später ist die Flexion von *δεῖν* wohl ganz von *δεσμεύειν* verdrängt worden".

διελέχθη] ep. 3, 6. Th., p. 84, 9 *διελέχθη κάλλιον ἢ διαλέξατο.* Medii forma legitur in LXX (Helbing, p. 99), in NT (Blaß, p. 46), in papyris (Crönert, p. 233), apud Philostr. (Schmid IV, p. 34).

εἶτα] ep. 8; 16, 8. In sermone vulgari *εἶτεν* usitatum fuisse dicit Phryn., p. 204 (Rutherf.).

ἔτι] ep. 3, 3; 3, 4; 3, 6; bis ep. 12; 16, 5. Pro illo recentiores *ἀκμήν* adhibuisse monent Phryn., p. 203 (Rutherf.); Moer., p. 79; Th., p. 137, 6.

καρπώσασθαι] ep. 15, 3. Antiatt. [Bekk. Anecd., p. 104, 5] *καρπίσασθαι ἀντὶ τοῦ καρπώσασθαι. καρπίζεσθαι* „ein Ausdruck der Koine" [Fraenkel, Griech. Denominativa, p. 223] legitur apud Trag. Theophr. (Hindenlang, Sprachl. Untersuchungen zu Theophrasts botan. Schriften, diss. phil. Argent. XIV [1910], p. 106) — in papyris, in LXX, in hodierno Graecorum sermone (Helbing, p. 118).

κότινος] ep. 17, 2. In sermone vulgari huius verbi loco *ἀγριέλαιος* occurrere dicunt Moer., p. 237 et Th., p. 198, 10.

μέσων νυκτῶν] ep. 4, 2. Reitzenstein, Etymologica, p. 395, 21 *νυκτῶν μέσων ‹λέγουσιν›, οὐ νυκτὸς μέσης.*

οὐδὲ εἷς] ep. 6. Laudatur ab Hermog. et Suida (Schmid I, p. 130). Haec formula, cuius usus in sermone Attico certis finibus continetur (Schmid I, p. 130: „*οὐδὲ εἷς* tritt bei den Attikern gewöhnlich nur auf, wo die Negation des Einheitsbegriffes betont erscheinen soll"), in recentiore graecitate sermonis eleganter exornandi causa crebro usurpatur. In deliciis est atticistis Dio. Ael. (Schmid I, p. 130) Luc. (I, p. 281).

ταινία] ep. 17, 2. Pro illo recentiores *στηθοδεσμίς* adhibuisse dicit Moer., p. 361.

φιλοτιμία] ep. 16, 4; 16, 8. Atticistis hanc vocem gratam fuisse demonstrat Herbst, Galeni Pergameni de atticissantium studiis . ., diss. Marp. 1910, p. 45.

ὠνήσομαι] ep. 17, 3. Reitzenstein, Etymologica, p. 396, 26 *ὠνήσομαι βέλτιον, οὐδεὶς δ' ἀγοράσω.*

ὤνιος] ep. 11. Posteriores eius loco *πράσιμος* usurpavisse tradit Moer., p. 424.

De verbis, quae ab atticistis reiciuntur.

ἀπελεύσομαι] ep. 17, 2 cf. p. 13.
ἀρύεσθαι] ep. 3, 5. Atticos *ἀρύτεσθαι* adhibuisse dicit Moer., p. 37.
γένημα = *καρπός*] ep 6 cf. p. 12.

γι(γ)νώσκω scire] ep. 3, 7. Moer., p. 161 *εἴσεται Ἀττικοί, γνώσεται κοινόν.* Ita usurpatur a Luc. Epict. — in LXX, in NT, in titulis, in papyris (Naegeli, p. 40).

γνωρίζω τινά τινι] ep. 3, 4. Antiatt. [Bekk. Anecd., p. 87, 26] *γνωρίσαι ἀντὶ τοῦ ἑτέρῳ γνώριμον ποιῆσαι.*

εὐκαιρέω] ep. 16, 6. Huius verbi ab atticistis Moer., p. 145 et Th., p. 327, 15 reiecti loco scribi volunt Phryn., p. 205 (Rutherf.) *εἰ σχολῆς ἔχειν* et Phot. (s. v. *σχολή*) *σχολὴν ἄγειν.* Quae vox inde a Pol. obvia (Glaser, p. 42) invenitur etiam in papyris (Nägeli, p. 29), in NT (Blaß, p. 232) — in hodierno Graecorum sermone (Thumb, Gr. Spr., p. 212).

εὐποιία] ep. 7, 3. Pollux V 140 [Bekk. Berol. 1846, p. 223] *τὸ γὰρ εὐποιία οὐ λίαν κέκριται.* Apud Jos. Luc. (Schmid I, p. 363) Aristid. (II, p. 218) alios — in NT.

ᾔδειν] ep. 16, 1; 16, 3. Moer., p. 173 *ᾔδη Ἀττικοί, ᾔδειν Ἕλληνες.*

οἶδας] ep. 16, 8. Atticos *οἶσθα* usurpavisse docent Moer., p. 283 et Th., p. 257, 11. Haec forma iam apud Xen. (Schmid, Gött. Gel. Anz. 95, 45) obvia in recentiore graecitate saepe occurrit velut apud Phil. Plut. alios (Schmidt, p. 483), atticistas (Schmid I, p. 85; I, p. 232; III, p. 13; IV, p. 38) — in papyris (Mayser, p. 321), in LXX (Helbing, p. 108), in NT (Blaß, p. 52).

ἰλιγγιᾶν] ep. 13, 2 *ἰλιγγιῶντα ἔδησα.* Moer., p. 196 *ἰλιγγιᾶν ἀντὶ τοῦ στροβοῦσθαι ἢ περιφέρεσθαι Ἕλληνες.* Verbum usurpatur ab Aristoph. Plat. Phil (Schmid I, p. 269), translate ab Aristid. (II, p. 118) Philostr. (IV, p. 183).

μόλις] ep. 3, 6; 4, 2. Atticistae [schol. Luc. voc. iud. 428, 21 Rabe; schol. Apoll. Rhod. I, 674] huius vocis loco scribi volunt *μόγις.* Adverbium *μόλις* iam apud Atticos scriptores obvium (Kühner-Blaß I, p. 155; Solmsen, Beiträge z. griech. Wortforsch., p. 170 sq.) legitur apud atticistas (Schmid I, p. 54; I, p. 161; III, p. 138; IV, p. 197) — in papyris (Mayser, p. 17; Crönert, p. 98) — in epistula Aristeae.

ξενιτεία] ep. 11. Th., p. 252, 16 *οὔκουν ξενίαν γε ἔστι τῶν λόγων καταγνῶναι. ξενία δὲ ἡ ξενιτεία κοινόν.* Apud Democr. [Diels, Vorsocr.², p. 428, 21] Sept. Sap. Philon. Luc. Artem. (Schmid I, p. 369), Vett. Val. (Warning, p. 51) — in epistula Aristeae.

παῖξαι] ep. 4, 4. Pro hac forma Dorica et sermonis vulgaris propria a Phryn., p. 313 (Rutherf.), Moer., p. 293, Th., p. 271, 6 laudatur *παῖσαι.* Forma *παῖξαι* (Thumb, Gr. Spr., p. 67; Kretschmer, Einl. in die Altertumswissenschaft, p. 172) legitur apud Plat. et recentiores velut Luc. (Schmid IV, p. 600) Philostr. (IV, p. 39) alios.

στασιαστής] ep. 7, 1 cf. p. 12.

ταρίχου gen.] ep. 6. Apud Atticos verbum neutrius, apud posteriores masculini generis fuisse docent Moer., p. 369, Poll. VI 48 sq., Th., p. 349, 6.

De nonnullis dictionibus, quae ab ipsis antiquis scriptoribus sumptae sunt.

Notum est posteriores scriptores exornandi et illustrandi causa multas clarissimorum scriptorum antiquorum dictiones orationi quasi lumina inseruisse. Cuius usus nonnulla, quae in Chionis epistulis occurrunt, exempla iam protulerunt Cober et Hoffmann; cf. ep. 3, 3 *ἀναπαῦσαί ποτε αὐτοὺς τῆς ταλαιπώρου καὶ χαλεπῆς ἄλης* cum Od. 15, 341 *μ' ἔπαυσας ἄλης* et 10, 464 *ἄλη χαλεπή* — ep. 7, 1 *ἀτέκμαρτος ἄνθρωπος* et 7, 2 *τὸ ἀστάθμητον αὐτοῦ καὶ πετόμενον* cum Aristoph. Av. 169 *ἄνθρωπος, ὄρνις ἀστάθμητος, πετόμενος, ἀτέκμαρτος*. (Orelli, p. 158). — ep. 17, 2 leguntur *μετὰ παιᾶνος γὰρ ἂν καὶ νικητηρίων ἀπολείποιμι τὸν βίον*. Haec verba, ut benigne me monuit Immisch, certe spectant ad Epicuri illud gnom. Vatic. 47 (Metrodor. fr. 49 Körte) *ἴπιμεν ἐκ τοῦ ζῆν μετὰ καλοῦ παιῶνος*. Cf. etiam Immisch, Phil. Stud. zu Platon 1, 28; Thomas, Hermes 27 [1892], p. 29. — ep. 16, 8 reperiuntur haec *ἀχάριστος εἶ καὶ πονηρὸς ὦ Χίων*. Cober. annotat [Orelli, p. 297]: „Haec duo adiectiva iunguntur etiam Luc. VI 36 [Bruder Concordantia . . . s. v. *ἀ.* recte citat VI 35] et ab Orig. contra Cels., p. 67". Luc. VI 35 *ὅτι αὐτὸς χρηστός ἐστιν ἐπὶ τοὺς ἀχαρίστους καὶ πονηρούς*. Sed haec adiectiva iam copulantur a Dem. pro Cor. 131 *ἀλλ' ὅμως οὕτως ἀχάριστος εἶ καὶ πονηρὸς φύσει*. Süß, Ethos Lpz. 1910, p. 250: „Es wird auch nicht zufällig sein, daß das *ἀχάριστος* an zwei Stellen die Hauptschmähung begleitet in Steph. I (XLV) 71 und Dem. Kranzrede 131". Mihi verisimile videtur Chionis verba ad ipsum Demosthenis locum redire.

De grammatica Chionea.

Quaerenti mihi, quibus in rebus Chioneus sermo distet ab aliis, ratione habita tam sonorum quam flexionis, apprime cavendum est, quod iterum atque iterum moneo, ne nimium textui tradito fidem habeamus. Hinc fit, ut de scripturis *ττ* et *σσ* atque *ρρ* et *ρσ* nihil certius definiri possit. ep. 16, 3 editur *τήμερον*. Atticistae plerumque utebantur communis sermonis forma *σήμερον* (Schmid IV, p. 684). **De sonis.**

Etiam de illis formis *γίγνομαι* aut *γίνομαι*, ut nunc res se habet, nullum iudicium est. ep. 8 legimus formam Atticam *συλλήψῃ*, si fides est editorum. *κοινῆς* scriptorum (Schulze Orthographica, Marb. 1894, p. 9 sq.; W-Sch. § 5, 30; Blaß, p. 25; 28; Reinhold, De graecitate patrum apostolicorum, diss. phil. Hal. XIV [1898], p. 46; Helbing, p. 22, Crönert, p. 65 sq.; Mayser, p. 194 sq.) forma *λήμψομαι* propria est.

De declinationibus. In sermone vulgari contracta maximam partem extincta sunt. In editionibus, quibus in hac re fidem non habemus, hae contractae formae exstant *πλοῦς* ep. 4, 1; 4, 4; 13, 2; 14, 1. *νοῦν* ep. 7, 3.

Dualis substantivi exstat ep. 13, 2 *τὼ χεῖρε*. Hic usus, qui iam in recentiore sermone Jonico perraro legitur (Diels, Berl. Sitzb. 1910, p. 1154), sermonem Atticum artificiose imitatur. Nam dualis evanescit in prosae orationis scriptis inde ab anno a. Chr. n. circiter 320 (Kühner II, 1, p. 20; Schmidt, De duali Graecorum et emoriente et reviviscente, Bresl. phil. Abh. 6, 4 [1893]; Cuny, Le nombre duel en Grec, Par. 1906). Eum numerum recentiore aetate non iam in sermone vulgari viguisse vel inde apparet, quod dualis Polybio et in LXX et in NT omnino deest. Etiam in hodierno Graecorum sermone nusquam usurpatur (Thumb, Handb. § 148). Atticistae (Schmid I, p. 87) et si qui scriptores proletarii doctrinam captantes sua commendare student, consulto dualem denuo in usum converterunt.

Pluralis numerus verborum abstractorum occurrit apud Trag. (Vahlen, Opusc. II, p. 75), Plat. (Witte, Singular u. Plural, Lpz. 1907, p. 248 sq.) — apud posteriores scriptores velut Pol. (Stich, De Polybii dicendi genere, Act. sem. phil. Erlang. II [1881], p. 151) — apud atticistas (Schmid I, p. 168; 234; II, p. 62; IV, p. 608) — in epistula Aristeae, in NT (Blaß, p. 87). In Chionis epistulis haec exstant exempla. ep. 14, 1 *σφαγάς τε ἀνδρῶν καὶ φυγὰς ὑπομένει*. Haec duo substantiva copulantur etiam a Pol. 4, 17, 4 *πεποιῆσθαι σφαγὰς καὶ φυγάς*. — ep. 14, 2 *ῥοπαί*; 14, 2; 16, 6 *ἀρχάς*; 16, 2 *ἀπεχθείας*; 16, 2 *ἔρωτας*; 16, 4 *ἀπεχθειῶν*; 16, 4 *ἀρχὰς οὐδὲ φιλοτιμίας*; 16, 7 *πολέμων ἔργα καὶ πολιτειῶν*.

Verborum, quae in *-εύς* exeunt, saepe in recentiore graecitate accusativus pluralis se ad nominativum applicat. In LXX exitus *-εις* uno loco excepto [*γονέας* Helbing, p. 43] et in NT (Blaß, p. 28) semper exstat. Papyrorum usus valde fluctuat (Crönert, p. 173; Mayser, p. 270). Apud Chionem formae *ἱππέας* ep. 4, 3 et *ἀμφορέας* ep. 6, si fides est editorum, rationem Atticam sequuntur. Uno loco recentioris aetatis formam habemus ep. 1 *γονεῖς*.

Agmen claudunt singula verba:

ἦθος] ep. 2. Vox in LXX tantum apud Sir. et in IV Macc. exstat, in NT omnino deest (Naegeli, p. 57).

θεός de dea dictum] ep. 16, 8. κοινῆς scriptores saepe adhibent θεά (Blaß, p. 26; Radermacher, p. 24).

κέρδος] ep. 8; ep. 10. Verbum recentiore aetate evanescit. Neque enim apud Pol. neque in LXX legitur. Ab atticistis, ut videtur, revocatum usurpatur etiam a Paulo et Epicteto (Bonhöffer, Epiktet u. das NT, p. 120).

ναῦς ep. 4, 2; 4, 3. Quam vocem litterarum sermoni debemus. Nam in sermone vulgari eius loco saepe adhibetur πλοῖον (Blaß, p. 29; Moulton, Einl. in die Sprache des NT, Heidelb. 1911, p. 37 sq.).

σταδίους] ep. 4, 2. In sermone vulgari usurpatur στάδια (Radermacher, p. 24).

De adiectivis et nominibus numeralibus.

Agmen ducant singula adiectiva:

δεινός] ep. 3, 6; 4, 2; 4, 3; 14, 3. Hoc adiectivum a sermone vulgari alienum est (Nägeli, p. 56).

ἑκών] ep. 12; 16, 2; 16, 3. Adiectivum sermoni vulgari minus accommodatum est. Raro exstat in LXX, in NT nullo loco nisi apud Paulum. Etiam ab Epicteto usurpatur. (Bonhöffer, Epiktet u. das NT, p. 112).

Superlativus persaepe exstat, quamquam haec forma a sermone vulgari plane abhorret (Blaß, p. 35). Inde concludere licet auctorem antiquum sermonem artificiose observare. ep. 7, 1 μωρότατα; ep. 10 πρεσβυτάτην; ep. 10 χαριεστάτοις; 13, 3 πορρωτάτω; 14, 1 ἀσεβεστάτοις; 14, 3 δεινότατα; 16, 7 τιμιώτατον; 17, 1 πιστοτάτους; 17, 3 ὕστατα. Superlativus in -τατος desinens in NT bis tantum apparet. Superlativus in -ιστος cadens legitur μάλιστα ep. 3, 6; ep. 5; ep. 6; ep. 7, 1; ep. 12; 15, 1; 16, 4; ἄριστος ep. 3, 1; 14, 1. In sermone vulgari haec forma raro invenitur (Moulton, p. 123). μέγιστος ep. 14, 1. [„im Hellenistischen praktisch veraltet" Moulton, p. 122]. Eius loco in papyris saepius usurpatur μέγας μέγας (Moulton, p. 125). Accedit ep. 14, 2 ῥᾷστα. — ἔγγιστα legitur ep. 14, 2; 16, 5. Haec forma usurpatur ab Hipp. — Pol. Dion. H. Diod. Jos. Luc. (Schmidt, p. 506), in LXX (Helbing, p. 56), in NT (Blaß, p. 35), in titulis Pergamenis (Schweizer, p. 160). In titulis Atticis est ἐγγυτάτω forma (Meisterhans, p. 174).

De nominibus numeralibus pauca addo. Numerus δύο ex analogia ceterorum numerorum indeclinabilis est σὺν . . . . φίλοις δύο. Eundem usum interdum praebent Pol. et atticistae (Schmid IV, p. 587). Aut numerus ad pluralium declinationem se applicat ep. 7, 1

δυσί. Haec forma, quae a Phryn., p. 289 (Rutherf.) repudiatur *δυσὶ μὴ λέγε ἀλλὰ δυοῖν*, inde ab Hipp. usurpatur ab Aristot. Pol. Dion. H. Strab. (Schmid, p. 507) Dio. (Schmid I, p. 84) Aristid. (II, p. 17) — in LXX (Helbing, p. 53), in NT (Blaß, p. 28), in papyris (Mayser, p. 314; Crönert, p. 199).

De articulo. ep. 14, 1 exstat *οἷς μέν, οἷς δέ.* Haec articuli forma cum *μὲν* et *δὲ* coniuncta, quae apud Atticos raro legitur, apud posteriores magis magisque increbruit (Radermacher, p. 62).

Genetivus, cui articulus praefixus est, circumscribendi causa usurpatur ep. 3, 7 *τὰ τῶν ἀνέμων;* 17, 1 *τὰ τῶν δορυφόρων;* 17, 2 *τὰ τῶν συνωμοτῶν.* Hunc usum praebent antiquiores velut Plat. Eur. (Vahlen, Opusc. II, p. 70) et posteriores scriptores velut Pol. (Stich, p. 161) et atticistae (Schmid IV, p. 612).

Neutrum adiectivi frequentatur pro substantivo abstracto ep. 3, 5 *τὸ σῶφρον καὶ τὸ δίκαιον;* ep. 5 *πρός τε τὸ πρακτικόν;* ep 14, 4 *τὸ δοῦλον ἢ τὸ ἐλεύθερον;* ep. 16, 6 *πρὸς τὸ συγγενές.* Ad abstractum significandum participia neutrius generis cum articulo ponuntur eodem modo, quo adiectiva ep. 7, 2 *τὸ ἀστάθμητον αὐτοῦ καὶ πετόμενον;* 7, 2 *τὸ φανταζόμενον;* 14, 5 *τὰ . . . συνηιμμένα;* 16, 1 *τὸ κατηγορούμενον.* Hunc usum praebent Gorg. Hdt. Thuc. (Ehlert, p. 85) Antipho. (Both, De Antiphontis et Thucydidis genere dicendi, diss. Marp. 1875, p. 36 sq.) et recentiores Pol. Plut. Phil. alii (Schmidt, p. 365) atticistae (Schmid I, p. 49; 86; I, p. 233; II, p. 34).

Dativus infinitivi articulo instructi, qui pendet a praepositione, legitur ep. 15, 1 *ἐπὶ τῷ συμπείθεσθαι.* Ita adhibetur a Pol. Jos. (Schmidt, p. 426) — in papyris (Schmid III, p. 53).

De pronominibus. Recentioribus temporibus adiectivi pronominalis *ὅσος* vis debilitatur, unde fit, ut eodem modo ac simplex relativum cum *οὗτος* et *πᾶς* coniungatur. Qui usus *οὗτος, ὅσος* apud Atticos velut Xenoph. obvius (Schmid III, p. 68) inferiore aetate increbrescit. Ita usurpatur a Luc. (I, p. 129 sq.), Aristid. (II, p. 136), Ael. (III, p. 68). Etiam Chionis epistularum auctor hanc recentioris aetatis consuetudinem sequi videtur ep. 1 *ὅσοις . ., ταῦτ';* ep. 6 *ταῦτα πέμπων, ὅσα;* ep. 11 *ὅσος μὲν πόθος . . . οὗτος ὁ πόθος.* — *ὅσος* cum *πᾶς* coniungitur ep. 16, 5 *πάντων, ὅσα.* Ita usurpant Plato ipse (Schmid I, p. 129), imprimis recentiores velut Ael. (II, p. 68), Philostr. (IV, p. 70).

Saepius in recentioris graecitatis scriptis ponitur *εἷς* pro *τις* velut in NT (Blaß, p. 145). Cuius rei vestigia iam apud recentiores scriptores Atticos deprehenduntur. (Blaß, p. 145 in ann.). Etiam Chionis epistularum auctor ad hunc usum se applicat ep. 3, 1 *εἷς*

τῶν . . στρατευσαμένων; ep. 3, 1; ep. 3, 4; ep. 7, 3 *ἐν . τῶν μαθημάτων.* —

Contra Atticam consuetudinem auctor nullo loco adhibebat pronomina reflexiva Attica *ἡμῶν αὐτῶν* etc. Semel *ἡμῶν αὐτῶν* legitur ep. 7, 3 *ἡμῶν αὐτῶν χάριν γενέσθω τοῦτο τὸ πολίτευμα.* Sed hoc loco non reflexive usurpatur. Idem invenimus in NT (Blaß, p. 173). Semper auctor utebatur formis vulgaribus *ἑαυτῶν* etc. velut ep. 14, 2 et 15, 2. Aliud accedit. Auctor posterioris aetatis morem observavit pro prima et secunda persona pronominis reflexivi tertiam ponens ep. 9 *τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς ἐκεράσαμεν* — ep. 17, 1 *καταισχυνοῦμεν οὔτε ἑαυτούς* — ep. 14, 3 *ἐφ' ἑαυτοῦ βούλοιο σκέπτεσθαι.* Haec sermonis cotidiani proprietas non solum apud tragicos et Atticos scriptores occurrit (Schmid III, p. 67), sed etiam in *κοινῆς* scriptis (Dyroff, Zur Gesch. des Pronomen reflexivum [Schanz Beiträge III], 3 p. 184; Schmidt, p. 368; Nägeli, p. 36; Mayser, p. 303; Dieterich, Unters. z. Geschichte der gr. Spr. Lpz. 1898, p. 193; Hatzidakis, p. 189). Etiam atticistae talia praebent (Schmid I, p. 82; 228; II, p. 19; III, p. 67; IV, p. 69).

Satis frequentatur adverbium *εὖ*, quod apud recentiores scriptores velut in LXX et in NT non crebro obvium est et in papyris perraro exstare videtur (Nägeli, p. 56) ep. 3, 4; ep. 5; ep. 15, 2; ep. 16, 9; 17, 3. Adverbium *καλῶς*, quod saepe apud *κοινῆς* scriptores invenitur (Nägeli, p. 56), exstat ep. 3, 7; 13, 3; 14, 1. **De adverbiis.**

Adverbium *ἀεί* satis crebro in epistulis legitur ep. 7, 1; 7, 2; 14, 4; 16, 7; 16, 9. Non invenitur *πάντοτε* pro *ἀεὶ* a *κοινῆς* scriptoribus usurpatum (Blaß, p. 62).

Adverbium de participiis et adiectivis verbalibus ductum sermoni vulgari quasi familiare est. ep. 7, 3 *λελυμένως* [cf. p. 15]; ep. 7, 3; 13, 3 *ἀπροκαλύπτως* [cf. p. 20].

Passim in recentioris aetatis scriptis imprimis in NT pro adiectivo genetivus substantivi ponitur cf. Henoch X 16 *ἔργον πονηρίας* „eine schlechte Tat" (Radermacher, p. 19). Aliquid simile inveniri videtur ep. 16, 3 *ἀπεχθείας ἔργον.* Cf. etiam ep. 16, 7 *πολέμων ἔργα καὶ πολιτειῶν.* **De casibus.**

Posteriores scriptores pro casibus simplicibus saepe dictiones praepositionales usurpare cum alii tum Schmid docuit (II, p. 242). Qui usus in Chionis epistulis non exstat. Quod potest comprobari imprimis usu genetivi partitivi, pro quo saepe praepositiones *ἐξ*, *ἀπό*, *ἐν* apud recentiores obviae sunt. Auctor illas praepositiones nusquam fere, genetivum partitivum crebro usurpat. Etiam in

hac re atticistas imitari videtur, qui genetivum partitivum supra modum ponunt (Schmid IV, p. 609). ep. 3, 1 *εἷς τῶν . . .* — *μετά τινος τῶν* — ep. 3, 2 *τῶν ἐφήβων τινάς* — ep. 4, 3 *τῶν θερα πόντων Βαιτύλος . .* — ep. 5 *τοῖς δυναμένοις τῶν φίλων* — ep. 10 *τούτων τὴν πρεσβυτάτην* — ep. 14, 4 *ὅτιοῦν δράσῃ τῶν χαλεπῶν* — ep. 16, 1 — ep. 16, 2 *οὐδενὶ . . . τῶν. βουλευμάτων* — ep. 16, 3 *δύο τῶν οἰκετῶν* — ep. 17, 1 *πιστοτάτους τῶν θεραπόντων.*

Restat, ut commemorem uno loco dictionem praepositione *ἐν* formatam usurpari, ubi genetivum exspectes ep. 14, 2 *τὰ ἐν ταῖς πολιτείαις νοσήματα.* Paulo ante exstat *νοσήμασι τῶν σωμάτων.*

Persaepe exstat genetivus comparationis velut ep. 3, 7 *μείζων . . τοῦ πολεμοῦντος;* 4, 3 *ὠκύτερον ἵππου;* ep. 10 *οὗ μεῖζον;* ep. 16, 2 *ἀπεχθειάς ἀνιαρώτερον;* ep. 16, 6 *τοῦ ζητεῖν τιμιώτερον.* Nusquam exstat pro genetivo *παρά* c. acc , quod saepius apud recentiores obvium est (Blaß, p. 110).

Saepe usurpatur genetivus post verba transitiva, quae sensum partitivum habent velut ep. 5 *ἀπολαύειν αὐτοῦ;* ep. 9 *φιλοσοφίας γευσάμενον;* ep. 12 *μετέχειν βλάβης.* Genetivus, qui pendet ex verbis transitivis, in sermone vulgari evanescit. „mit Recht gelten solche Genetive den späteren Grammatikern für Atticismen" (Schmid III, p. 51).

Posteriores scriptores circumscribunt dativum dictionibus praepositionibus *εἰς* et *ἐν* formatis. Dativus magis magisque evanescens hodierno Graecorum sermoni deest (Thumb, Handb., § 39).

Dativus coniungitur cum passivo ep 3, 3 *ἡμῖν . . . ἐξηκούοντο;* 4, 2 *ἱστίοις οὐ φορητὸς ἦν ὁ ἄνεμος;* ep. 4, 4 *τετελεσμένου αὐτοῖς τοῦ ἔργου;* ep. 16, 3 *ἡμῖν . . οὐδὲν . . . ὑπῆρκται.* Schmid IV, p. 611 dicit atticistas denuo hanc structuram sermoni vulgari non usitatam in usum suum convertisse.

Dativus instrumenti crebro exstat velut ep. 3, 2 *πεπονημένοι . . . στρατείᾳ;* 3, 6 *ἐπῳδῇ κηληθείς;* ep. 5 *ἔργῳ;* ep. 7, 3 *εὐποιίαις ἀμυνώμεθα;* 13, 2 *ἔδησα . . ζώματι;* 17, 1 *πλήθει ὀχυρώτερα. ἐν* c. dat. pro instrumentali in *κοινῆς* scriptis increbruit ita, ut in hodierno Graecorum sermone dativus instrumenti omnino desit (Thumb, Handb. § 202). Qui usus non exstat in Chionis epistulis.

De praepositionibus. Forma *ἕνεκα* a vulgari sermone aliena fere videtur; nam neque in NT (Blaß, p. 26) neque in LXX (Helbing, p. 21) occurrit. Atticistae interdum ponunt *ἕνεκα* (Schmid I, p. 119; I, p. 263; II, p. 104). *κοινῆς* scriptores usurpant *ἕνεκεν* formam Jonicae dialecto usitatam. Chionis epistulas antiquam voculam praebere editores testantur ep. 3, 1.

πόρρω c. gen. exstat bis ep. 4, 3 *οὐ πρόσω τῆς πόλεως ... οὐ πόρρω ἡμῶν*. Si textus recte traditus est, auctor in eodem enuntiato, ut videtur, variandi causa et formam Jonicam et Atticam profert. — ep. 13, 3 *πορρωτάτω*. Haec vox *πόρρω* apud recentiores scriptores perraro obvia (Krebs II, p. 34) legitur apud atticistas (Schmid s. v. *π.*).

ὑπό c. dat. legitur ep. 14, 4 *ὑπ' ἀνδρὶ μὴ τάττηται δεσπότῃ*. Hic casus apud antiquissimos scriptores perraro obvius (Schmid II, p. 243) usurpatur a Jos. (Schmidt, p. 394) et atticistis (Schmid IV, p. 624) et in papyris (Roßberg, De praepositionum in chartis Aegyptiis Ptolemaeorum aetatis usu, diss. Jen. 1909, p. 59). Eadem locutio *τάσσειν* sive *τάσσεσθαι ὑπό τινι* invenitur apud Jos. (Schmidt, p. 394) et Max. Tyr. (Dürr, Sprachl. Untersuch. z. d. Dialexeis des Maximus v. Tyrus Philologus Suppl. VIII, 1 H. [1899—1901], p. 55).

μετὰ c. gen. legitur ep. 3, 1; 14, 1; 14, 3; 16, 1; 16, 7. *σύν* c. dat. reperitur 7, 1; 16, 3; 16, 5. Memorabile est praepositionem *σ.* satis frequenter adhiberi. In posteriore graecitate rarius obvia est (Schmid IV, p. 625 sq.), sed longe praevalet apud Arr. et Paus. (Mommsen, Beitr. zu der Lehre von den griech. Praep. Frankf. 1886, p. 5).

Genetivus saepius per *κατά* c. acc. circumscribitur, si pendet ab altero genetivo. Qui usus saepius in recentiore graecitate invenitur (Kuhring, De praeposit. Graec. in chartis Aegyptiis usu, diss. Bonn. 1906, p. 12), non apud atticistas (Schmid IV, p. 628). Illius usus unum exemplum propono ep. 16, 5 *ταύτην γὰρ τοῦ κατὰ φιλοσοφίαν λόγου φῶς εἶναι*.

ἐπὶ c. acc. uno loco usurpatur, ubi atticistae genetivum ponunt (Schmid II, p. 224; IV, p. 338) ep. 1 *κρείττων ἐπ' αὐτὰ ἀγωνιστής*.

μέχρι tantummodo cum *νῦν* coniunctum legitur ep. 16, 4. Quae coniunctio occurrit apud Dem. 449, 11 [Soph., p. 775]. Imprimis hac locutione utebatur Diod. (Krebs II, p. 10). *-μέχρι πολλοῦ* exstat ep. 10. Haec dictio recentioris aetatis propria obvia est apud Dion. H. Jos. Plut. App. (Krebs II, p. 9 sq.).

De verbo. Agmen ducant singula quaedam verba, in quibus observanda est vel structura vel significatio vel ipse usus:

αἰδεῖσθαι] ep. 3, 3. Verbum a sermone vulgari abhorrere videtur. Passim invenitur in LXX, ubi profertur *φοβεῖσθαι*, deest in NT, fortasse etiam in papyris (Nägeli, p. 57).

αἱρέομαι creare] ep. 3, 1. Ita usurpatum verbum magis sermoni litterarum convenit. (Nägeli, p. 19).

ἀξιόω fordern] ep. 1; 16, 7. Verbum in sermone vulgari minus usitatum est. In NT tantum a Luca, quem saepius usum antiquiorem praebere notum est, ita usurpatur (Blaß, p. 231).

ἀπολαύω] ep. 5; *συν-απολαύω* ep. 17, 3. Verbum deest in NT (Blaß, p. 102).

βούλομαι] ep. 2; 3, 4; ep. 6; ep. 9; ep. 12; 14, 1; 14, 3; 15, 3; 16, 7. Nusquam invenimus *θέλειν* sive *ἐθέλειν*, quod verbum magis sermoni vulgari usui est. Hoc etiam illustratur hodierno Graecorum usu.

εἶμι verbum a sermone vulgari abhorret. In *κοινῆς* scriptis velut in LXX raro obvium est. In NT usurpatur tantum a Luca et ab illo erudito, qui ad Hebraeos epistulam scripsit (Blaß, p. 53). In Chionis epistulis satis frequenter adhibetur, unde apparet auctorem sermonem Atticum artificiose imitari ep. 1 *διεξήει;* 3, 3 *διεξιόντα;* — 3, 5; 16, 7 *διεξιών;* — ep. 7, 1 *μετιών* — ep. 17, 2 *ἴθι* — ep. 4, 3 *ἐξήειμεν*. Et haec quidem forma memorabilis est. Nam recentiore aetate litterae *ει*, quas aliae personae continent, etiam in ceteras personas transeunt. (Helbing, p. 68; Reinholdi p. 83; W. Sch. § 13, 20; Schmid IV, p. 589.)

ἕπεσθαι] ep. 4, 3. Verbum semel occurrit apud Pol., in LXX nusquam nisi in III. Macc., deest in NT (Blaß, p. 15), fortasse etiam in papyris (Nägeli, p. 57). Eius loco in sermone vulgar, adhibetur *ἀκολουθεῖν*.

εὔχομαι] ep. 4, 2; 17, 2. Verbum sermoni vulgari minus accommodatum est (Blaß, p. 230).

οἴομαι sive *οἶμαι*] ep. 2; 3, 5; 4, 3; 7, 3; ep. 8; ep. 10; 16, 2. Verbum a sermone vulgari alienum esse ex Moer., p. 284 apparet *οἶμαι καὶ οἴομαι Ἀττικοί, νομίζω Ἕλληνες. νομίζω* legis ep. 3, 2; 14, 3; 15, 3; 16, 7; 17, 3.

Praesentis et imperfecti formae verbi *ὁράω* in sermone vulgari rarae sunt. Pro his in *κοινῆς* scriptis velut in NT saepe usurpantur verba *βλέπειν* et *θεωρεῖν* (Blaß, p. 59). In Chionis epistulis praesentis et imperfecti formae leguntur ep. 3, 2; bis 3, 3; ep. 4, 3; 13, 2; 14, 5; 16, 1; 16, 6; 16, 9. Verbum *θεᾶσθαι*, quod etiam in sermone vulgari usitatum est, invenitur ep. 3, 2; 17, 2.

προσήκειν] ep. 1; 7, 2; ep. 9. Verbum raro in LXX exstat, deest in NT (Blaß, p. 211; Nägeli, p. 57).

χρή] ep. 3, 1; ep. 11. Verbum in LXX bis tantum apparet et in NT uno loco reperitur (Nägeli, p. 58).

Veteres verbum *βλασφημεῖν* intransitive usurpant (*εἴς τινα, περί τινος*). Recentiores scriptores velut Jos. Plut. App. Luc. (Schmidt, p. 388) NT, LXX (Nägeli, p. 44; Blaß, p. 91) transitivam constru-

ctionem adhibent. In Chionis epistulis, si Hercheri editioni fidem habemus, *β.* et intransitive et transitive usurpatur ep. 7, 1 *ἡμᾶς ἐβλασφήμησεν* — ep. 7, 3 *πρὸς ἄλλον . . βλασφημήσας.*

Iam apud Atticos scriptores (Kühner I, 2 p. 104) confunduntur exitus aoristi primi et secundi ita, ut legantur formae *εἶπον* et *εἶπα.* Hoc imprimis recentioris graecitatis proprium est. Contrarium usum Chionis epistularum auctor praebet velut ep. 4, 2 editur *προ-εῖπον.* Aoristus *ἤγαγον* exstat ep. 16, 4. Pro illo posteriores usurpant *ἦξα* (Mayser, p. 369; Crönert, p. 232, 2; Blaß, p. 44; Reinhold, p. 75). ep. 15, 2 exstat *κατ-έλιπον.* Apud recentiores saepius formatur *κατ-έλειψα* (Deißmann NB., p. 18; Helbing, p. 90; Blaß, p. 45; Schmid I, p. 232; IV, p. 38; Reinhold, p. 75).

Formae primi, qui vocatur, aoristi passivi, in posteriore sermone secundo anteponuntur. In Chionis epistulis huius commutationis exempla desunt. Ex Attico more exstat *παρ-ηγγέλθη* ep. 16, 5 (Solmsen, Glotta II [1910], p. 305 sq.). In sermone recentiorum (Schmidt, p. 464; Melcher, p. 10; Blaß, p. 45) usitatum est *ἠγγέλην.* — ep. 3, 4 occurrit forma *διαρπασθησομένων.* Posteriores (Moer., p. 182; Schmidt, p. 464; Melcher, p. 10; Blaß, p. 45) usurpabant formam *ἡρπάγην.*

Adiectiva verbalia in sermone vulgari evanescunt. In NT perrara sunt et, quae pauca occurrunt, ea merorum adiectivorum notionem habent [cf. p. 19]. ep. 15, 2 occurrit adiectivum verbale in *-τέος* desinens *καταλυτέος.* **De adiectivis verbalibus.**

Infinitivus, qui vocatur absolutus, apud posteriores evanescit (Blaß, p. 229). ep. 14, 2 legitur *καὶ σχεδὸν εἰπεῖν;* ep. 14, 5 *τὰ . . ἐμὰ . . σκοπεῖν.* Perfectum saepius vi praesentis instructum est ep. 5 *ἐσπουδάκαμεν;* ep. 1; ep. 5 *τετάχθαι.* Ita has formas usurpant Jos. (Schmidt, p. 400) Aristid. (Schmid II, p. 53) Hermog. Tars. (Provot, p. 38).

In utendo imperativo auctor sequitur consuetudinem veterum scriptorum ep. 16, 7 *ἀποτετμήσθω.* Qui usus in *κοινῆς* scriptis velut in NT magis magisque evanescit. (Blaß, p. 38).

ep. 3, 4 legitur futuri passivi participium, quod in *κοινῆς* libris perraro occurrit (Blaß, p. 207), *διαρπασθησομενων.*

Infinitivus futuri, qui in NT evanescit (Blaß, p. 206), crebro exstat ep. 3, 2 *ἀμυνεῖσθαι;* 3, 5 *πλεύσεσθαι;* 3, 7; ep. 9 *ἔσεσθαι;* 14, 4 *ἐκλείψειν;* 15, 2 *πείσεσθαι;* 17, 1 *ἕξειν.*

Participium futuri sensum finalem habens, cuius loco in NT plerumque aut *ἵνα* aut infinitivus adhibetur (Blaß, p. 227), legitur ep. 3, 5 *εἰς Ἀ. πλεύσεσθαι φιλοσοφήσοντα;* 4, 3 *ἐξῄειμεν ὀψόμενοι;*

ep. 9 ἀποδωσόντων ἐπιτεύξῃ; ep. 12 ἀνδρῶν ὠφελησόντων δεῖται; 13, 1 ἀπέστειλε .. πολιορκήσοντας; 17, 2 ἴϑι ... ἀναπαυσόμενος.

Semel usurpatur optativus ad optatum significandum ep. 17, 3 εὐδαιμονοίης. Haec forma saepe occurrit apud Aristoph. et Eur. Sed κοινῆς scriptores raro hunc optativum adhibent et pro illo imperativum ponunt (Blaß, d. 224).

De enuntiatis secundariis.

Post ἕως auctor ponit secundum Atticum morem indicativum ep. 3, 4, sed infinitivus occurrit ep. 4, 2 ἕως ... παραλλάξαι. Qui usus apud Jos. App. legitur. (Krebs I, p. 51; II, p. 17; Schmidt IV, p. 429).

Recentiore aetate particulae ἵνα et ὥστε confunduntur velut a Jos. Plut. aliis (Schmidt, p. 420) Epict. (Melcher, p. 81) — in NT (Blaß, p. 229). Hanc confusionem, quae certe e sermone vulgari in libros irrepsit, invenimus ep. 7, 2 οὐδὲ ταύτην ἐπιδέχεται τὴν φρόνησιν, ἵνα ... εἰδῇ. — ep. 16, 3 φυσῶσι μὲ αἱ πολλαὶ τριήρεις .., ἵνα ὑποπτεύῃς.

Enuntiata inducta particulis ὅτι et ὡς legis velut ep. 3, 5 μέμνησαι ὅτι; 3, 6 ἠγνόουν ὅτι; ep. 7, 3 οἶδα ὅτι: Semel οἶδα cum participio coniungitur ep. 14, 4 ἴσϑι γενόμενον. Participium pendet ex σύνοιδα ἐμαυτῷ ep. 16, 3.

Post verba dicendi similisque notionis ponitur ὅτι vel ὡς velut ep. 4, 4 λέγε ὅτι; ep. 5 ἔγραφες ὅτι; ep. 13, 3 πεῖϑε ὅτι.

Infinitivus multis locis legitur. οἴομαι verbum, quod interdum apud posteriores ὅτι secum habet (Schmid II, p. 58), semper cum infinitivo construitur ep. 2; 3, 5; 7, 3; ep. 10; 16, 2. Post νομίζω, quod item cum vocula ὅτι saepius occurrit velut apud Xen. Philod. (Schmid II, p. 58) atticistas (I, p. 101; 242) — in NT (Blaß, p. 206), exstat infinitivus ep. 3, 2; 16, 7. Porro multa alia verba, quae in NT cum ὅτι construuntur, infinitivum secum habent velut ἐλπίζω ep. 3, 7; 4, 3; ep. 9; λέγω ep. 4, 1; λογίζομαι ep. 7, 2. Cum auctor ep. 5 πάσχειν φησίν et 7, 2 ἐμπορεύεσϑαί φησιν post verbum φάναι infinitivum posuerit, semel vocula ὅτι utitur, quod sermoni Attico obstat ep. 10 ἔφαμεν. ὅτι. Qui usus perraro occurrit in litteris Atticis — saepius apud posteriores velut apud Arr. (Grundmann, p. 257) — in epistula Aristeae (Wendland Ind. s. v. ὅτι), in NT (Blaß, p. 237).

Verbis imperandi similisque notionis apud posteriores particulae ἵνα et ὅπως adiunguntur. Sed Chionis epistularum auctor antiquorum usum praebet velut παρακαλέω c. inf. ep. 3, 3; ep. 11 [ἵνα Jos. Schmidt, p. 431]; ἀρκέω c. inf. ep. 3, 6 [ἵνα NT Blaß, p. 232]; ἀφιέναι c. inf. ep. 16, 7 [ἵνα NT Blaß, p. 231]; μανϑάνειν

c. inf. ep. 16, 7 [ἵνα Epict. Melcher, p. 80]; ep. 7, 2 exstat δέομαι c. inf., sed auctor recentiorem morem sequitur ep. 8 ἐδεήθη., ὅπως. συστήσαιμι. Exempla illius usus licet afferre iam ex Thuc. 5, 36 ἐδέοντο Βοιωτοὺς, ὅπως παραδῶσι — ex Aristoph. Ach. 535 sq. Μεγαρῆς ... ἐδέοντο τὸ ψήφισμ' ὅπως μεταστραφείη. Apud recentiores haec constructio increbrescit velut apud Jos. (Schmidt, p. 431) Plut. (Diel, De enuntiatis finalibus apud Graec. rerum scriptores posterioris aetatis, Prg. München 1895, p. 45) — in NT (Blaß, p. 230).

In posterioris graecitatis scriptis non observari illum negationum usum, qui apud veteres scriptores invenitur, notum est. Blaß de hac re breviter dicit, p. 258 sq.: οὐ negationem negare indicativum, μή reliquos modos, infinitivum, participium. Sed Chionis epistularum auctor antiquum usum sequitur. In enuntiatis primariis adhibetur οὐ. Secundum recentioris aetatis usum coniungit auctor particulam condicionalem εἰ cum negatione οὐ — ep. 3, 6 δεινὸν οὖν μοι κατεφαίνετο εἰ φιλοσοφήσας τἄλλα μὲν ἀμείνων ἔσομαι, θαρραλέος δ' οὐκέτι οὔτε στρατιώτης εἶναι δυνήσομαι οὔτε ἀριστεὺς εἰ δέοι. Idem invenimus in NT (Blaß, p. 259). Ceteris locis ponit μή, velut ep. 9 εἴτε οἱ μὴ ἀποδιδόντες — ep. 9 εἴτε σὺ μὴ γράφων — ep. 14, 2 — ep. 14, 3 — ep. 14, 4 — ep. 15, 2. De negationibus.

In enuntiatis relativis legitur negatio οὐ ep. 9 δι' ἣν οὐδὲν — ep. 14, 4 ὁποῖον οὐδέποτε ep. 14, 4 ἣν γὰρ οὐδὲ — ep. 17, 3 ἧς ὁ δράσας οὐ. In enuntiato relativo, qui sensum condicionalem habet, obvium est μή ep. 16, 8 ἃ μήπω οἶδας.

Apud optativum potentialem οὐ legitur velut ep. 12 οὐκ ἂν ἔτι ὑπομείναιμι — ep. 14, 3 ἐπεὶ καὶ ἄλλως οὐδὲ κακὸν λέγοιτο ἄν — ep. 16, 9 καὶ οὐκ ἄν ποτε αὐτῶν ἀπολειφθείην.

Enuntiata finalia negantur vocula μή ep. 1; 2; 14, 5. In enuntiatis causalibus legitur οὐ ep. 16, 1 ἠπόρουν ἀπολογίας, ὅτι οὐδὲν....

In enuntiatis particula ὅτι vel ὡς formatis occurrit semper negatio οὐ ep. 4, 4 λέγε ... ὅτι ... οὐ — ep. 5 ἔγραφες ... ὅτι οὐ — ep. 7, 3 οἶδα .. ὅτι οὐδὲν — ep. 10 ἔφαμεν, ὅτι οὐκ — ep. 16, 2 ἐπίστανται, ὅτι οὐδὲν — ep. 16, 8 μεμνήμενος, ὅτι οὐ. In talibus enuntiatis alii scriptores velut Pol. Diod. Strab. (Birke, p. 26) et atticistae (Schmid I, p. 100; III, p. 88; IV, p. 92), praebent et οὐ et μή negationem.

Omnes scriptores μή usurpabant, ubi articulum τό infinitivo adiungebant. Idem legitur in Chionis epistulis — ep. 7, 3 μέχρι τοῦ μὴ αὐτὸν ἀγαθὸν εἶναι ep. 16, 2 τῷ μηδὲν ἐννοεῖσθαι — ep. 16, 2 τοῦ μὴ ἀπεχθῶς ἔχειν — ep. 16, 2 τὸ μηδὲ ἠδικῆσθαι.

Post verbum dicendi λέγειν auctor ponit οὐ ep. 5, sed post μαρτυρεῖν negationem μή ep. 15, 3. Raro negant veteres scriptores μή vocula infinitivos, qui pendent a verbis dicendi (Birke, p. 39 sq.). Qui usus raro obvius est apud Pol. Dion. Diod. Strab. (Birke, p. 39 sq.), saepius apud atticistas (Schmid I, p. 100; II, p. 61; III, p. 88; IV, p. 91), semper in NT (Blaß, p. 260).

Post verba sentiendi auctor οὐ ponit ep. 3, 5 τὸ σῶφρον ... οὐκ ἄλλοθεν ἀρύεσθαι ... ᾤμην — ep. 3, 7 ἐλπίζω ... κρείττων ἔσεσθαι καὶ οὐδὲν ἧττον ἀνδρεῖος. Post verbum νομίζω vocula μή legitur ep. 17, 2 νομίζω γὰρ μηδὲν κίβδηλον εἶναι. Restant infinitivi vocula μή negati, quae ab aliis verbis pendent ep. 5 ἐσπουδάκαμεν μή — ep. 16, 7 ἔμαθον ... ἐχθρὸν δὲ μηδένα . κατασκευάζειν.

Infinitivus, qui ὥστε sequitur, negatur per μή ep. 16, 4.

Infinitivus, qui verbum impersonale προσήκει sequitur habet negationem οὐ ep. 9. Post verbum impersonale χρή auctor ponit μή ep. 11 τούτῳ χρὴ ... μὴ ἄχθεσθαι. Pol. Dion. Diod. Strab. post verba quaedam impersonalia et negationem οὐ et μή adhibent (Birke, p. 47 sq.).

Infinitivo, qui pendet ab adiectivo cum copula coniuncto, adiungitur μή ep. 12 ἄτοπον ... ἀλλὰ μὴ .. παρεῖναι.

Participia, quibus articulus adicitur, negantur vocula μή ep. 14, 3 ὅ γε μὴ ἔχων — ep. 16, 2 τὸν μὲν μὴ ἀδικοῦντα. Eodem modo legitur μή apud adiectiva articulo instructa ep. 14, 3 τοῖς μὴ ἐλευθέροις.

Participia, quae idem efficiunt atque sententiae relativae, cum οὐ negatione coniunguntur ep. 3, 1 οὐδὲν πολυπραγμονῶν — ep. 4, 3 οὐκ ἐλπίζων — ep. 7, 2 οὐδὲ ... ψευσάμενος — ep. 7, 3 οὐδὲν βλασφημήσας — ep. 15, 1 οὐκ ἀξίους ὄντας — ep. 16, 8 οὐδὲ μεμνήμενος. Vim causalem habet participium μή vocula negatum ep. 3, 2 μηδὲν εὑρημένοι.

Participiis, quae notionem concessivam habent, negatio μή adiungitur ep. 14, 5 καίπερ μὴ φοβουμένῳ — ep. 16, 3 μηδέπω καὶ ἑωρακώς. Attici οὐ usurpabant.

Vim condicionalem quoque habent participia negatione μή instructa ep. 1 μὴ λυπούμενοι; ep. 16, 7 μὴ φρονῶν.

Ex his locis allatis apparere videtur in Chionis epistulis μή negationis usum praevalere. Ne atticistas quidem purum Atticorum usum secutos esse notum est.

De particulis. Magna particularum copia, quam veteres scriptores usurpabant, in recentiore graecitate velut in NT evanescit (Blaß, p. 63). Contrarium usum praebere videntur Chionis epistulae.

τί οὖν „als abgekürzter Fragesatz“, quod saepe apud Telet. Muson. Epict. occurrit (Bonhöffer, Epiktet und das NT, p. 138), legitur ep. 14, 3.

τέως, quod in NT deesse videtur (Blaß, p. 63), bis legitur ep. 9 et 13.

μέντοι particula, quae apud posteriores velut in NT raro exstat (Blaß, p. 275), occurrit ep. 11. Etiam atticistae hanc particulam proferunt (Schmid III, p. 341; IV, p 558). ep. 6 *ἤδη μέντοι;* ep. 3, 7 *ἤδη μέντοι καί*, quod etiam Ael. habet (Schmid III, p. 340).

δήπου in NT semel obvium legis ep. 3, 5.

Particula *γοῦν*, quae in NT omnino deest (Blaß, p. 63), legitur ep. 3, 3; ep. 5; ep. 12; 13, 3; 15, 2.

ἐπεὶ καί, quae coniunctio Dioni Chr. (Schmid I, p. 187) usui est, crebro usurpatur ep. 12; 13, 3; 16, 7; 17, 2.

πάνυ in LXX tantum in II Macc., in NT nusquam, in papyris raro obvium est (Nägeli, p. 57). Saepissime usurpatur ab atticistis velut a Luc. (Nägeli, p. 57). Crebro etiam in Chionis epistulis invenitur ep. 3, 3; 4, 2; ep. 10; 14, 3; 14, 5. *καὶ πάνυ* coniunctio, quae occurrit apud Thuc. et Ael. (Schmid III, p. 144), legis ep. 3, 4; 3, 5; 4, 1; ep. 5; 16, 2.

Postquam epistulas perlustravimus et de singulis rebus exposuimus, restat, ut de sermone in universum definite iudicemus. Dicendi genus Chionis epistularum congruit cum antiquiore Graecorum usu et abhorret in universum a sermone vulgari. Copiam non ita magnam verborum e dialecto vulgari depromptorum auctor orationi immiscuit. Sed hoc omnes recentiores scriptores ipsique atticistae fecerunt. Vetera verba ab atticistis laudata in usum revocando a consuetudine sermonis cotidiani, in quam tamen invitus saepius relabitur, satis longe recedit. Omnia ponderata si computaveris, in hanc sententiam inclinabis, Chionis epistulas studii atticissantis auctoris vestigia apertissima prae se ferre. Quod studium non mirum esse in eo scriptore, qui Chioneae aetatis dicendi genus imitatione exprimere sibi proponere debebat, facile intellegimus.

Pars II.

Chionis epistulas, quas non ab ipso Chione compositas esse iam Hoffmannus fusius probavit, quid sint quidque sibi velint ostendere iam conabor. In illis epistulis enarrantur, quae Chioni Heracleotae inde a patria relicta usque ad reditum eius caedemque tyranni Clearchi acciderint. Testimonia pleraque rerum scriptorum,

qui de Chione narrant, collecta invenies ab Orellio in libro supra citato. Accedit nunc Index Herculanensis [S. Mekler, p. 35]. Sed dum Chionis epistulas legis, intelleges auctorem in his epistulis non integram illarum rerum copiam repetivisse, sed id negotium, quod recentiorum scriptorum historicorum velut Duridis proprium est, sibi aliquo modo sumpsisse, ut materiae compositione, dispositione, tractatione aptaque proferendi brevitate legentes non modo delectaret, sed etiam variis rationibus quasi tragicorum modo quam maxime commoveret. Quo conformandi studio multisque aliis artificiis, quae per sequentia fusius pertractare volumus, Chionis epistularum auctor res ab ipso narratas in certam quandam narrandi formam redegit, quam eam fere esse nos putamus, quae a fabulis romanensibus nunc habet nomen. Scimus vero illarum fabellarum tria potissimum genera vulgo constitui, quorum primum complectitur narrationes, in quibus auctor res perpetua oratione tractat. Posterius continet fabellas, quae dialogi formam habent. Plutarchus et primus quidem, ut putat Christ [Plutarchs Dialog vom Daimonion des Sokrates Sitzungsb. d. b. A. 1901, p. 86], tales narrationes romanenses composuit. Cum hoc genere certo quodam modo cohaeret tertium, in quo res narratae epistolari forma proferuntur. Ultimi generis hoc proprium est, ut fert natura epistulae, auctorem intimi animi sensa eorum hominum, quos describere vult, exponere posse. In hoc tertio genere, quod epistulae formam habet, numerandae sunt epistulae Hippocratis et Themistoclis (Wilamowitz, Gr. Literaturgesch.[3], p. 225). Etiam clarissimi illius libri, quo describitur, quae res Alexandro in India acciderint, radices ex quibusdam epistulis romanensi modo conformatis ducuntur. Chionis quoque epistulas huic generi romanensi attribuendas esse demonstrabimus narrandi quibusdam rationibus atque artificiis illustratis, quae scriptores in eiusmodi fabellis componendis usurpare solent.

De *προπαρασκευῆς*, quam vocant, arte in Chionis epistulis adhibita.

Ratio narrandi et singulas epistulas *προπαρασκευῆς* arte nectendi tam prudenter instituta est, ut haud despiciendi artificis manum prodi intellegas. Statim in ep. 1 occurrit aliquid, quod ita comparatum est, ut habeat praeparationem proximarum epistularum. *Ἀπέδωκε μοι Λύσις τὴν ἐπιστολὴν τρίτην ἡμέραν ἤδη περὶ Βυζάντιον διατρίβοντι.* Componenda cum his verbis sunt, quae in exitu ep. 2 exstant *ἐγὼ δὲ ὥρμημαι μὲν ἐκπλεῖν, ἀνέμου δὲ οὐκ ἐπιτυγχάνω.* Inde in ep. 3 initio illa verba evadunt, quibus

ventis quasi gratias agit *πολλὴν χάριν οἶδα τοῖς ἐπισχοῦσιν ἡμᾶς ἀνέμοις . . . καίτοι τὸ πρῶτον ἠχθόμην αὐτοῖς ἐπειγόμενος*. Omnes, qui hoc legunt, summa cupiditate et exspectatione afficiuntur eius rei, quae sequitur. Idem artificium „ventorum non secundorum" auctor iteravit in ep. 13, de qua suo loco dicam. Aliud eiusmodi nexus exemplum occurrit ep. 3, 6 *δεινὸν οὖν μοι κατεφαίνετο, εἰ φιλοσοφήσας τἄλλα μὲν ἀμείνων ἔσομαι, θαρραλέος δ' οὐκέτι, οὔτε στρατιώτης εἶναι δυνήσομαι οὔτε ἀριστεὺς εἰ δέοι*. Haec verba *οὔτε ἀριστεὺς εἰ δέοι* subtili auctoris consilio reposita ep. 17 antecapere manifestum est. — ep. 6 legentes certiores fiunt de pecunia, quam Chion a parentibus accepit (*ἐκόμισέ μοι Φαίδιμος . . . . καὶ πρὸς τούτοις τρία ἀργυρίου τάλαντα*) et de contemptu divitiarum, qui erat in illo (*χρημάτων δὲ οὐδὲ εἷς ἔμοιγε πόθος*). Unde eius rei, quam mox narraturus est ep. 10, Chionem tertiam eius pecuniae partem Platoni ultro dedisse, auctor quasi praestabilivit fidem atque probabilitatem. Etiam illa verba de Platone dicta *ἀδωροδόκητον ὄντα* posteriorem epistulam significant vel tangunt. Aliud huius nectendi studii exemplum proferamus. In ep. 11 initio legimus patrem Chionem monuisse, ut in patriam rediret. Sed Chion patris huic voluntati non obsequitur: *ἔοικε δ' οὖν αὐτὸς οὗτος ὁ πόθος καὶ βιάζεσθαί με, πλείονα χρόνον διατρίβειν Ἀθήνησιν. ὠφελιμώτερος γὰρ εἶναι οἷς συμπαθῶ βούλομαι*. Cum his verbis confer, quae in ep. 12 occurrunt: *νῦν δὲ ἀκούσας τὴν τυραννίδα οὐκ ἂν ἔτι ὑπομείναιμι ἐν ἀσφαλεστέρῳ τῶν πολιτῶν εἶναι, ἀλλ' ᾗ ἂν ἄρξῃ τὸ ἔαρ, πλευσοῦμαι*. Animum converte in hanc compositionem, qua auctor Chionem inducit primum a reditu alienum, tum ad reditum maxime paratum; qua re satis perspecta certum est auctorem hoc loco subtili opponendi arte usum esse, ut Chionis virtus luculentius emineret. In ep. 12 artificio ventorum non secundorum iterato (*νῦν μὲν γὰρ μεσοῦντος ἔτι τοῦ χειμῶνος οὐκ ἐδυνάμην*) retardatio illa notissima rerum gerendarum cursui inseritur. Ita potestas datur ep. 13 scribendae, in qua narrat sicarium a tyranno mercede conductum in Chionem ipsis Athenis impetum fecisse, sed ab illo superatum esse. Unde certiores fimus in Chione esse tantam fortitudinem et audaciam, ut tyrannum eiusque satellites aggredi valeret. Alia res accedit. Cum tyrannus primus Chionem trucidare voluerit, auctor vel inde aliquo modo comprobat Chionem iure iusto tyrannum de medio sublaturum esse. Etiam in hac epistula 13, 2 auctor iterat: *τῶν ἐτησίων παυσαμένων ὅπως ἂν ἔχω πλεύσομαι*. Cum his verbis compone, quae tibi occurrunt ep. 14, 1 *Εἰς Βυζάντιον θρασυτέρῳ μέν, ταχεῖ δ' οὖν πλῷ διασωθείς*. Inde statim hoc manifeste

apparet auctorem haec verba nulla alia de causa protulisse nisi ut Chionis fortitudinem illustraret. Etiam in ep. 13 et 14 exstant, quae pertinent ad ep. 17; ep. 13, 3 *καὶ τὰ ἐμὰ ὡς ἂν ἔχῃ ἀσφαλῶς ἔχει. ἀγαθὸς γὰρ καὶ ζῶν καὶ ἀποθνήσκων ἔσομαι.* Accedunt alii loci ep. 14, 4 *ἢν δ' ἐμὲ ἀποκτείνῃ, τότε καὶ τὴν τελείαν ἐλευθερίαν χαριεῖταί μοι* — ep. 14, 5 *μοι ἀνάγκη . . . θάνατον προνοεῖν, ὅπως μὴ πρότερον ἀποθάνω ἢ ὑπὲρ τῆς πατρίδος ἀποθανεῖν δυνήσομαι.* His locis futura adulescentis mors iam aliquo modo significatur. Etiam ep. 15 nonnulla exempla praebet elegantis illius nectendi artis. Non casui, sed subtilitati auctoris attribuendum est, quod haec verba, quae auctoris arti usui erant, in initio exituque huius epistulae exstant *γράψω δὲ καὶ αὐτὸς*.. · *ἀπάγων αὐτὸν ἀπὸ τ' ἀληθοῦς ὡς μάλιστα ἔνεστι.* Haec verba auctor nulla alia de causa praemisit, nisi ut de sequentis epistulae ratione et indole lectores certiores faceret. Requirit autem tyrannicidium etiam dolum et astutiam. Quas artes, si eis opus esset, ut intellegeremus non alienas fore a Chioneae indolis facultate, auctor non modo illam ad tyrannum epistulam 16 composuit eamque, quae praecedit 15, sed praemunivit sibi viam ad illas artes aperiendas iam per epistularum illud par 7 et 8, unde disceremus Chionem absque mendacio graviore tamen aliud loqui aliud sentire posse. Verbis, quae in exitu occurrunt *διθυραμβικωτέραν ποιήσας ἐπίτηδες αὐτήν* ... auctor significare vult se in sequenti epistula simplicem ceterarum epistularum orationem excessisse et dicendi rationem elatam praebere. Illam epistulam 16 concludit auctor miro artificio, quo usus figura vere rhetorica inducit tranquillitatem Chionem vituperantem: *ἀχάριστος εἶ καὶ πονηρὸς ὦ Χίων* .... Haec narratio ita conformata est, ut melius ipsa oppositione illustraret illam, quam ep. 17 praebet.

Extrema ipsa epistula vel maxime demonstratur auctorem politioris compositionis non expertem fuisse. Quis est, qui non videat, cum haec epistula sola ad Platonem missa sit, vel inde elucere, quantopere auctor hanc ipsam epistulam efferre voluerit? Artificis manum produnt ipsa verba, quae in initio fere exstant: *οὐδὲ καταισχυνοῦμεν οὔτε ἑαυτοὺς οὔτε τὴν σὴν φιλοσοφίαν.* His enim verbis auctor redire videtur ad ea, quae ep. 5 de Platone dixit (*φιλοσοφίαν οὐκ ἀπολίτευτον ἔργῳ τοῖς γνωρίμοις ποιεῖ*) et hoc postremo legentibus inculcare, Chionis animum philosophia non mollitum esse, sed ipsa philosophia permotum et ductum ad tyrannum occidendum accessisse. Etiam aliunde compositionis elegantia apparet. Quaesita quadam oratione auctor legentes commovere studet; cf. 17, 1 verba, quae aliquid similitudinis cum sermone epistularum Cynicorum prae se

ferunt (Marcks, p. 22): κἂν διὰ πυρὸς ἐλθεῖν δέῃ, οὐκ ὀκνήσομεν Plus gravitatis habet illud Epicuri 17, 2 μετὰ παιᾶνος γὰρ ἂν καὶ νικητηρίων ἀπολείποιμι τὸν βίον. Restat, ut gravissimam auctoris artem proferam. Narrationem visionis in Platonis Critone 2 aemulatus auctor Chionis exitum praemiumque eius mortis venusto quasi simulacro expressit. Mulier pulcherrima praedicit Chionem moriturum esse atque illius tempora utpote victoris corona redimit. Qui suo sensu in intimum auctoris consilium se insinuavit, sentire debet auctorem, qui vim fabellae ab iis, qui legunt, exitus potissimum venustate iudicari solere haud ignoraverit, hoc fabellae loco totius operis artificiosam quandam imprimisque ad legentium sensum optime accommodatam concludendi rationem sectari. Quae ars componendi vel clarius elucebit, si tecum satis consideraveris auctorem hac visione narrata ex ipsius Chionis ore lectores certiores facere de illius morte, quam ipsam ante oculos ponere non potuit.

ep. 3, 3 legimus de Xenophonte: κομήτην ἄνδρα καλὸν πάνυ καὶ πρᾶον ἰδέσθαι. Quo adiectivo κομήτην auctor Xenophontis nobilitatem efferre voluisse videtur (Immisch, Commentationes Ribbeckianae Lips. 1888, p. 88). Qui observavit, quanta venustate et magnitudine auctor eum, qui a philosophiae parte stat, ornaverit, desiderare sibi videtur antiphilosophum quendam philosophis natura et moribus oppositum. Atque agitur de antiphilosopho ep. 7. Archepolidis cuiusdam perversitatem vivendi per singula depingens auctor simul examinare videtur omnes eos, qui philosophos contumeliose accipiunt, utpote homines inutiles et nisi lucri sordidi nullius rei studiosos. Acute in hac epistula [cf. etiam ep. 2; 11; Diog. ep. 1, 1] opponuntur, quod fortasse ad Stoicorum doctrinam recedit, ab hac parte philosophus ab altera parte negotiator et mercator. Auctor evidenter demonstrat antiphilosophum magis stultum (ἄτρωτος ὢν τὴν ψυχὴν ὑπὸ μωρίας) esse, quam ut de philosophiae vera vi et natura recte iudicare possit.

Singularem quendam locum in Chionis epistulis obtinent epistulae 3; 4; 13. Nam in illo fabellarum genere sunt, quas vocant „Reiseabenteuer". In illis narratur, quae pericula Chioni ex militibus (ep. 3), ex tempestate atque barbarorum feritate (ep. 4), ex sicario quodam a tyranno misso (ep. 13) imminuerint. Illarum fabellarum eam vel maxime esse vulgarem puto, qua de ferocibus barbaris narratur. Nam eiusmodi narrationes in scriptorum romanensium officina saepissime compositae sunt semperque cum varietatis et novitatis studio retractantur. Ad summum fere periculi discrimen Chion deducitur, unde miro et quasi fortuito modo saepius servatur. Auctor etiam in fabulosis et fere incredibilibus

versatur. Nam ep. 13 narratur Chionem inermem superasse illum trucidatorem, Thracem quendam, audacia famosum, quamquam tum Chion vix ex morbo se refecerat. Certe hae epistulae argumentandi et declamandi severitati aliarum epistularum aliquod venustae varietatis incitamentum admiscent. Etiam acute faceteque dictis in his epistulis auctor legentes delectat. cf. ep. 4, 2 verba, quibus in navigationis periculis narrandis ad nauseam tecte alludit: *ἵνα μὴ λέγω τὰ μεταξύ.*

Hoc loco pauca dicam de anachronismis in Chionis epistulis obviis. Pervenit Xenophon in urbem Byzantium a. 400. Clearchus dominationem a. 363 assecutus trucidatur a. 352 [E. Meyer V, § 980]. Cum his rebus confer, quae in his epistulis insunt. Chion non multo post rem se spectante a Xenophonte Byzantii fortiter gestam (ep. 3), quem brevi ante Heracleae se videre potuisse Chion hic personatus plane ignorat, se confert in Platonis disciplinam (ep. 5); quinquennium extra patriam commoratus (ep. 11) certior fit Clearchum rerum domi potitum esse, unde acerrimo patriae liberandae studio impulsus, quamquam in mari sunt tempestates periculosae (ep. 14), se confert Byzantium (ep. 14); inde revertitur Heracleam, ubi *τοῖς Διονυσίοις* trucidaturus est tyrannum (ep. 17). Apertum est, quantopere auctor ab historiae fide deflexerit. Sed ut etiam inde harum epistularum veram naturam perspicias, hoc tenere debes licere auctori romanensi in fabellis conformandis vera temporum intervalla neglegere. Hanc licentiam invenimus etiam in Hippocratis epistulis.

Restat, ut de nonnullis nominibus propriis disseram, quae ad certos quosdam viros referri possunt. ep. 4, 1 commemoratur Archedemus astronomus. Marcks, p. 22 putat ea verba referenda esse ad philosophum quendam, qui e Simplic. in Aristot. de caelo comm. (Heiberg, p. 513, 7) notus est. Nomen Archedemi etiam habet philosophus ille Tarsensis, qui Stoicae doctrinae addictus erat. — ep. 9 legis verba, quae ad Bionem amicum spectant: *ἦ ἐπιλέλησαι τοῦ Ἡραίου καὶ τοῦ Καλλιχόρου καὶ τῶν παρὰ Καλλισθένει διατριβῶν.* Callichorus est nomen fluvii, qui est apud Heracleam. Si *Καλλίχορος* ad flumen recte refertur, probabile esse videtur auctorem verbo *τοῦ Ἡραίου* gymnasium quoddam apud Heracleam situm intellegere, in quo Chion cum Bione amico ephebus fuit. Unde Callisthenem magistrum aut philosophum Heracleotam fuisse crediderim. — ep. 3, 3 et 16, 3 Chionis amici atque socii nominantur Heraclides et Agathon. Conicio Heraclidem huic auctori esse illum Ponticum, qui ipse erat Heracleota et Platonis discipulus. Etiam Agathonem Heracleotam fuisse nunc verisimile est. Fortasse

licet cogitare de illo Agathone Heracleota, cuius sepulcrum Athenis inventum est (cf. Brueckner, Ilbergs Jahrb. 25 [1910] 29. 32 sq.). ep. 13, 3 Nymphis nominatur, quem Heracleae Ponticae historiam scripsisse scimus. Quo de scriptore, qui Ptolemaei Euergetis temporibus fuit (Marcks, p. 23), testimonia collecta invenis ab Orellio, p. 95 sq.; Müller FH G III, p. 526 sq. Ep. 13, 1 commemoratur Silenus quidam, qui Clearchi castellum cepit. Auctor intellegere videtur Silenum Heracleotam nobilem, qui cum Satyro in bello Mithridatico Mithridatem quinque triremibus adiuvit (Memnon fr. 38 Müller FH G III, p. 545). Etiam hinc probatur auctorem morem multorum scriptorum romanensium secutum nomina ex variis temporibus, quae satis longe distant, desumpta epistulis immiscuisse.

Pars III.

Licebit nunc tangere rem difficillimam. Quaerendum enim est, quo fere tempore Chionis epistulae in lucem prodisse videantur. Nimis recentiori aetati illas attribuerunt Hoffmannus (Orelli, p. 128 sq.) et, qui eum secutus est, A. Westermannus, De epistularum scriptoribus gr. comm. Pr. IV 1853, p. 5 sq. Ille enim coniecit has epistulas a Platonico quodam saec. p. Chr. n. IV suppositas esse illa aetate, qua Neoplatonicorum studia efflorescebant. Hanc sententiam optimo iure refellit Marcks, p. 20 sq. recte dicens Chionis mores a Platonico illius aetatis abhorrere. Marcks ipse longe aliam sententiam protulit dicens auctorem non fuisse inter Platonicos sed vel inter Stoicos, quales fuerunt prima imperatorum aetate, vel inter eos, qui cum Stoicis illorum temporum coniuncti erant.

Huius sententiae argumenta petivit ex ipsa acerbitate, qua auctor tyrannum persequitur imprimisque ex eo, quod in illis epistulis apertissime docetur fas esse tyrannos interfici. Hoc fortasse addi potest, has epistulas contra tyrannos compositas non plane singularem locum in litteris obtinere, sed aliquo modo cohaerere cum declamationibus permultis Senecae, Quintiliani, Libanii, aliorum quae ad tyrannicidia spectant. Marcks, qui in tempus definiendum, quo epistulae natae sint, insigni cum studio incubuit, etiam alias rationes protulit, in quibus monet cognationem quandam inter Stoicorum de hominum cum dis affinitate et de divinatione doctrinam et Chionis epistulas [ep. 16, 8; 17, 2] intercedere. Unum quidem argumentum non probo. ep. 13, 2 narrat auctor Cotyn, qui Chionem Clearchi iussu interficere conatus est, ad *στρατηγούς* ductum esse, ut poenas daret. Hoc a more Atheniensium abhorrere iam Hoff-

mannus monuit (Orelli, p. 289). Marcks hunc locum interpretatur ita, ut *στρατηγοί* praetores vel propraetores sint, qui provinciis praeerant ibique ius dicere solebant. Ego vero puto auctorem non e more Romanorum, sed ex posteriore more Atheniensium ipsorum locutum esse. Chion, qui ut Platonis discipulus in praesidium atque tutelam Atheniensium venerat, in iurisdictione, ut ita dicam, erat *στρατηγῶν*, ad quos in hac re confugere debuit (Busolt, Gr. Staatsaltert.[2], p. 242 sq.). Attamen ipsam Marcksii de epistularum aetate sententiam prolatam aliunde confirmari puto. Chionis epistularum auctor ignoravit Clearchum Platonis discipulum fuisse. Cuius rei memoriam primus Memnon, qui erat Plutarchi aequalis (Wachsmuth, Einl. i. d. Stud. der alten Gesch., p. 209) refricuisse videtur. Ille scriptor, Heracleota ipse, de Clearcho dicit FHG III 526: *Πλάτωνος τῶν ἀκροατῶν ἕνα γεγονέναι.* Etiam Aelianus hanc rem commemorat fr. 86 H. [Suidas s. v. *Κλέαρχος*]: *Κλέαρχος ὁ Ποντικὸς νέος ὢν εἰς Ἀθήνας ἀφίκετο ἀκοῦσαι Πλάτωνος.* Contra Nymphis, quem Chionis epistularum auctori non ignotum fuisse supra demonstravimus, ignorasse videtur Clearchum Platonis discipulum esse. Nam satis multi scriptores, qui post Nymphidem de Heraclea Clearchique dominatione scripserunt (Orelli, p. 95 sq.; Müller FHG III, p. 526), hanc quidem rem minime commemorant. Ne Justinus quidem, qui de Clearcho omnium scriptorum copiosissime narrat quique imprimis ex Pompei Trogi libris fontem duxit, hanc rem profert. In Indice Herculanensi (Mekler, p. 35 sq.) Chion in Platonis discipulis enumeratur, non Clearchus. Itaque cum Marcksio putamus Chionis epistulas prima imperatorum aetate a Stoico quodam vel ab eo, qui cum Stoicis illorum temporum coniunctus erat, compositas esse. Cum hac opinione optime congruit, quod ex harum epistularum sermone apparet. Satis enim multa occurrunt, quae posteriore demum aetate obvia sunt. Nonnulla verba etiam velut *οἰκονομία* et *συμπαθεῖν* ad proprium Stoicorum sermonem accedere supra demonstravi. Huc fortasse accedere videntur etiam voces sive locutiones ep. 8 *ἀφορμή;* 16, 5 *λόγος;* ep. 17, 2 *κατορθόω;* ep. 1 *διάκειμαι* (Bonhöffer, Epiktet u. das NT, p. 238); ep. 3, 5 *σπουδαῖος* (Bonhöffer, Epiktet u. das NT, p. 258); ep. 9 *ψυχὰς ἐκεράσαμεν* [cf. Ps.-Menand. p. 275, 18 *κρᾶσις ψυχῶν ὥσπερ καὶ τῶν σωμάτων* Praechter, Hierokles der Stoiker, Lpz. 1901, p. 147]; ep. 16, 6 *οὐδὲ τοῦ ζητεῖν τιμιώτερον;* ep. 16, 8 *τὸ ζητεῖν δεξιῶς ἃ μήπω οἶδας; πῶς ἂν σύγε ζητήσειας ἢ εὕροις* [cf. Epict. I 28, 20; IV 1, 51 Bonhöffer, Epiktet u. das NT, p. 48; Crat. ep. 31]; ep. 3, 3 *ὅπως καὶ φρονεῖν καὶ λέγειν ἠδύνατο* [cf. Diog. ep. 19 *τοιαῦτα γὰρ ἄξιον καὶ φρονεῖν καὶ λέγειν πρὸς τὸν αὐτὸς ἔφα λέγοντα*].

Gravissimum autem est, quod confirmare conatus sum, auctorem atticistam fuisse. Hac ipsa aetate atticissantium studia floruisse notum est.

Additamentum ad p. 23:

Ep. 10 legimus: *Πλάτωνι ἀδελφιδῶν θυγατέρες εἰσὶ τέτταρες. τούτων τὴν πρεσβυτάτην ἐδίδου Σπευσίππῳ πρὸς γάμον* . . . Cum illius coniugii praeter hunc Chionis locum nusquam nisi in Platonis ep. 13, 361 mentio fiat (Orelli p. 285), mihi verisimile videtur auctorem hanc Platonis epistulam novisse. Etiam ille locus ep. 6, quo de melle, vino aliisque rebus Chioni allatis auctor narrat [cf. supra p. 10], ad hanc ipsam Platonis ep. 13, 361 redire videtur.

Vita.

Natus sum Carolus Henricus Burk in vico Hassiae ad Moenum flumen sito Kl.-Steinheim anno 1888 mensis Septembris die XXVI patre Antonio, matre Barbara e gente Ruppel, quos adhuc vivos grato veneror animo. Fidei addictus sum catholicae. Litterarum rudimentis in vico natali a patre, qui magistri munere fungitur, instructus inde a tertia classe (Quarta) per septem annos discipulus fui gymnasii Hanoviensis, quod olim vocabatur „Hohe Landesschule". Vere a. 1907 maturitatis testimonium adeptus Gissam me contuli, ubi per bis senos menses in studia maxime philologiae incubui. Vere a. 1908 Munichiam migravi, hieme Heidelbergae civibus academicis adscriptus sum. Semestri aestivo proximo Gissam redii, ut studia mea ad finem perducerem. Praeceptores mihi erant et in scholis et in seminariis Monacenses: Crusius, Drerup, v. Hertling, v. d. Leyen, Lipps, Muncker, Vollmer, Weyman; Heidelbergenses: Boll, Brandt, Gerhard, Uhlig; Gissenses: Behaghel, Groos, Immisch, Koerte, Messer, Siebeck, Süß. Exercitationibus in seminario philologo Gissensi habitis per tria semestria interfui Koertei et Immischii benignitate. Quibus viris doctissimis iustam gratiam habeo omnibus semperque habebo, maxime Immischio, qui doctrina sua et benevolentia in hoc ipso opusculo conscribendo semper me adiuvit.
